[11] verbum *EFγ* nomen *C, above it* verbum C^1 [12] sit *Eγ* est *C, above it* sit C^1 est *F* [13] 2o *CFγ* *om. E* [14] ad filium *Cγ* *om. EF* [15] nullum *CFγ* ullum *E* [16] regimen *EF* regnum *γ* verbum *(ud.) C, above it* regimen C^1 [17] sub *Eγ* super *F* sine *C* [18] verbi *CFγ* videtur *E* [19] sit cl. *CEF* sunt clerici *γ* [20] dent *Cγ,F (texthand) in mar.* debet *E,F (ud.)* [21] fideliter *CEF* specialiter *γ* [22] exequendam *CFγ,E corr. from* consequendam [23] fidem *CFγ* fidem fidem *E* [24] obsteterit *CF* obstet *γ* obstetit *E*

Sumus autem in prima infidelitate de[25] patris omnipotencia[26] adeo excecati, quod credimus secundum fantasiam nostram activam[27] contra legem domini prevalere. Et sic licet legem domini contempnimus, de clero tam intrinseco quam extrinseco credimus, in eius multitudine, licet prevaricetur contra[28] legem domini, prosperari. Ad tantum enim mundana prosperitas et nominis[29] temporalis cupiditas regnum Anglie excecavit.

Sed sciant fideles regni, qui modo in turpi perfidia contra deum recalcitrant, quod nisi ditacio cleri sui fuerit secundum legem domini regulata, clerus peccabit in[30] monstruoso numero, in fideli officio et in fructuoso ministerio,[31] quod[32] rependeret regno nostro. Mensura autem, quam deus libraret inter[33] clerum et duas partes alias[c] regni nostri, necessario deficit ex dominio superfluo,[34] clero infundabiliter[35] cumulato.[36] Et cum clerus dislocatur sic contra legem domini in dominio monstruoso, necesse est, quod deficiat in clericali officio. Et quantum ad fructum ex clero postmodum germinantem, necesse est, quod sit pompa luciferina toti regno Anglie onerosa.

Medium autem sanandi hunc morbum in clericis foret ad statum, quem Cristus instituit, ipsos reducere. Ad quod laborarunt[37] pauperes presbyteri clamando usque ad mortis periculum non secundum dogma zophisticum vel secundum Iesselini[38d] testimonium, sed quomodo hec[39] dicit dominus tam crebro in duplici testamento?

---

[c] *i. e. domini and populus* [d] *Zenzelinus (Genzelinus) de Cassanis, a well-known doctor of laws, of french extraction (according to Pancirolo, De Cleris Leg. Interpp.), wrote a commentary on the ‚Extravagantes' of Pope John XXII. W. mentions him also Arnold, S. E. W. III, 248*

---

[25] de *C* ad *EFγ* [26] omnipotencia *CF* omnipotenciam *Eγ* [27] activam *C* ecclesiam *EFγ* [28] contra *Cγ* *om. EF* [29] nominis *CF,E (ud.)* *om. γ* [30] peccabit in *CF* peccabit et in *γ* peccavit et in *E* [31] ministerio *CFγ* officio *(ud.)* ministerio *E* [32] quod *γ* quid *CEF* [33] inter *CEF* in clero modo *(cr. out)* inter *γ* [34] superfluo *CFγ,E*[2] *in mar.* *om. E* [35] infundabiliter *CFγ* infundanter *E* [36] cumulato *CFγ* cumlerato *(?) E* [37] laborarunt *CEγ* laborarent *F* [38] Iesselini *C* yessilini *E* iessilini *F* yesslini *γ* [39] hec *C* hoc *EFγ*

Et cum ista legis dei execucio nedum[40] infideliter pro causa[41] temporali,[42] quam magis ponderant, est sopita, sed propter turpe lucrum in tocius regni dispendium est causa legis[43] dyaboli confirmata. Et cum[44] certum est ex fide, nisi deus magnanimitate[45] sue materie differat huius penam, et regnum nostrum erit[46] sub- || *C fol. 170 a* versum,[47] et crimen omissionis contra dei omnipotenciam || erit perpetuo[48] condempnatum. Ab isto ergo peccato et peccatis aliis[49] ipsum inducentibus regnicole caverent solercius, et radicem vel[50] causam huius peccati[51] eradicarent prudencius, cum debemus credere fructuose, quod deus sit omnipotens ad sui[52] regis inobedienciam vindicandum.[53]

CAP. II.

Nec solum regnat hec infidelitas contra potenciam[1] dei patris, sed contra sapienciam verbi dei. Verbum autem dei eternaliter genitum eternaliter condidit unam legem, et tempore congruo legis[2] veteris ipsam congrue promulgavit, et in eius confirmacionem se ipsum in plenitudine temporis incarnavit, et tam facto quam verbo docuit, quomodo voluit clerum suum secundum legem, quam prius edidit, regulari. Quomodo ergo staret regni tranquillitas, quod tam manifeste obviat legi Cristi? Ex fide quidem accipimus,[3] quod deus omnia fecit in mensura, numero et pondere.[a] Sed hec trinitas notabiliter exhorbitat in clero[4] Anglie. Nam possessionis et cupiditatis eorum non est numerus. Ideo cum ab isto binario ad

CAP. II. [a] *Cp. the same idea (see Wisd. 11, 22) in the Trial. 390. With ref. to the whole passage, cp. Lechler I, 496*

[40] nedum *CEF* nedicta *(cr. out)* nedum *γ* [41] causa *CF,γ with brackets followingit* causam (m *ud.) E* [42] temporali *CFγ* reali *E* [43] legis *CEF om. γ* [44] cum *CFγ,E² in mar. om. E* [45] magnanimitate *CFγ* magnitudine *E* [46] erit *Cγ* et sic *EF* [47] subv. *CFγ* perversum *(ud.)* subv. *E* [48] perpetuo *CEF* perpetue *γ* [49] aliis *CEF* aut hiis *γ* [50] vel *CEF* sive *γ* [51] pecc. *CFγ* peccato *(ud.)* pecc. *E* [52] sui *EFγ* sue *C* [53] vindicandum *Cγ* vindicandi *F* vindicta dei *E*

CAP. II. [1] potenciam *CEF* omnipotenciam *γ* [2] legis *Cγ* tempore legis *EF* [3] accipimus *CFγ* accepimus *E* [4] clero *CFγ,E² in mar. om. E*

tantum deficit,[5] necesse est, quod in pondere librandi[6] deum et creaturas suas omnimodas deficiat. Et hinc communitas regni nostri tam penaliter est oppressa, cum clerus antiquus intrinsecus oblaciones et decimas exhaurit per[7] excommunicaciones,[8] incarceraciones[9] et media alia dyaboli noviter machinata, sed predicaciones ewangelii et[10] alia ministeria[11] rependenda pro timore[12] dyaboli pretermittit, quia prelati istum defectum non corrigunt, cum qualis pater, talis filius, et ad continuandum istam omissionem a mundi principibus largiter sunt dotati. Nec quiescit dyabolus in isto peccato primevo plebeos anxie tribulando, sed induxit triplicitatem sectarum ultra ordinacionem domini populum onerando, ut monachos, canonicos et fratres, qui indubie sunt ad onus[13] pauperum regni nostri.[b] Potentes enim, ut principes et seculares domini, ab ipsis requirunt redditus et servicia, sicut[14] primo, et quid[15] propter ypocrisim et quid[16] propter occulta munera, in alleviacionem plebis a clero tales[17] redditus non requirunt et ad[18] ostendendum inanem magnificenciam regni et secularium dominorum canes extrinseci romane[19] curie[20] ad spoliandum pauperes regni Anglie sunt solliciti,[21] cum cardinales non solum prebendarii vel[22] rectores, sed archidiaconi regni Anglie per regem et suum consilium confirmantur,[23] et cum wlgus in supportacione[24] talium onerum[25] solum sit finite[26] potencie, necesse est per triplicitatem predictam[27] intrinsecam et per triplicitatem extrinsecam ipsum de-

---

[b] *an idea often repeated by W., see for instance Arnold, S. E. W. I, 202; II, 269; III, 512 Matthew, E. W. h. u. 8; 181; 321*

---

[5] deficit *CF* defecit *Eγ* [6] librandi *Eγ*, C^1 *in mar.* *om. C* [7] per *CFγ*, E^2 *in mar.* post *(cr. out and ud.) E* [8] excommunicaciones *C* excommunicacionem *CFγ* [9] incarceraciones *C* incarceracionem *EFγ* [10] et *CEF* *om. γ* [11] ministeria *CEγ* misteria *F* [12] timore *EFγ* favore *C*, *above it* timore C^1 [13] onus *CEF* ono *γ* [14] sicut *CEγ* sic *F* [15] quid *Cγ* quidquid *EF* [16] et quid *C* quid *Fγ* quidquid *E* [17] tales *CFγ* cleris *(?) E* [18] ad *Cγ*, E^2 *corr. into the text om. EF* [19] romane *Fγ* racione *C* (? romane) *E* [20] curie *CFγ* civere *E* [21] solliciti *EFγ*, C^1 *in mar.* soluti *C* [22] vel *EFγ* nichil *(? not clearly written, perhaps for* vel*) C* [23] confirmantur *CE* confirmentur *γ* confirmatur *F* [24] supportacione *CFγ*, E^2 *in mar.* subertacione *(?) E* [25] onerum *CF* ordinum *(ud.)* onerum *E* ordinum *γ* [26] finite *CFγ* finire *E* [27] predictam *Cγ* *om. EF*

ficere. Et cum wlgus sit basis fulcimenti regnorum,[28] necesse est, regnum Anglie pro defectu suorum wlgarium in clero et dominis terrenis deficere.

Cristus autem deus eternaliter pro relevamine[29] suorum wlgarium degit vitam pauperem, et non ipsos in rapina temporalium[30] onustavit, sed tam[31] in iuvamine[32] bonorum talium,[33] quam spiritualium multipliciter relevavit.[34] Et cum oportet,[35] Cristum regem esse in iudicio finali nobis iudicem, necesse est, quod tunc vel[36] ante peccatum istud severius puniatur, et inter alias penas, quas[37] peccatum istud minatur,[38] manifeste || indicat dissolucionem regnorum,[39] cum eorum fundacio stet potissime in prudenti[40] defensione pauperum plebeorum. Idem enim esset ruinam fundamenti[41] huius pauperis procurare et ruinam regni ex defectu fundamenti stolide machinari.[42] Nec caret istud peccatum calumpnia quoad deum, cum inter peccata ad deum clamancia iniusta oppressio pauperum inclinat[43] aures domini magis continue ad suam iniuriam vindicandum.[44]

|| *C fol. 170b*

Et sic peccatum comissum contra sapienciam verbi dei multos infideles constituit, qui minantur runiam[45] celerem regni nostri.

CAP. III.

Cum autem spiritui sancto appropriatur clemencia, patet, quod continuacionis huius sceleris infidelis impietas est in causa.

Si enim clerus predictus[a] ex integro de conversacione[1] et lege domini recoleret et domini mundani cognoscerent, quomodo pau-

CAP. III. [a] *i. e. the rich clergy*

[28] regn. *CEF* et regn. *γ* [29] relevamine *Cγ* relevacione *F* revelamine *E* [30] temporalium *CFγ* talium *E* [31] tam *CFγ,E²* *in mar.* tamen *(cr. out) E* [32] iuvamine *CFγ, in E the text reads clearly* iuvaimen [33] talium *CE* temporalium *Fγ* [34] relevavit *CFγ* relevant *E* [35] oportet *Cγ,E²* *in mar.* *om. EF* [36] vel *CFγ* nichil *E (?)* [37] quas *C* suas *EEγ* [38] minatur *C* inuatur *EF* iuvatur *γ* [39] regnorum *CEγ* regum *F* [40] prudenti *CEF,γ in mar. by the text-hand om. γ* [41] fundamenti *CEγ* fundati *F* [42] machinari *CEF* machinati *γ* [34] inclinat *CF* facit inclinari *γ* facit inclinare *E* [44] vindicandum *CEγ* vindicandi *F* [45] ruinam *CFγ* ruina *E*

CAP. III. [1] de conversacione *CEγ* ad conversacionem *F*

peres wlgares in ipsis et suis puerulis parum de bonis mundanis, quod foret insensibile in[2] mundi divitibus, ultra quod tolerare possunt, deprimeret, et secundo,[3] quomodo alludente[4] mundo in aura et pace et aliis casibus prosperantibus seculare brachium, quantum wlgus tolerare posset, exigeret, homo, qui est[5] ex deo, oppressionem[6] wlgarium[7] non adiuvaret. Et certum videtur ex fide,[8] quod continuacio istius facinoris, quousque versum[9] fuerit in peccatum in spiritum sanctum, dicit finalem destruccionem regni, cum illud[10] peccatum non recipit[11] remissionem in[12] hoc seculo nec futuro.[13]

Et hec triplex[14] fides trinitatem consequens debet eo servari[15] attencius, quo defendi potest facilius quantum ad racionem,[16] contra adversarios cunctos evidencius, et quoad deum et hominem secundum personam et regnum prosperius. Illud autem regnum foret nimis impotens, quod invaderet[17] spoliando calliditas[18] anticristi, nec aliud petitur, nisi quod regnum non prebeat sua bona, sed[19] pure secundum racionem regule domini Iesu Cristi, et omnino, quod quidquid regnum tribuit secundum racionem elemosine,[20] tribuat pure secundum racionem, qua resonat caritatem.

Armet[21] autem[22] regnum nostrum se generaliter[23] ista fide, quod ficte censure pro sequendo fidem Cristi prudenter redundant[24] in adversarios fulminantes. Et si quis venit ad regnum et non affert[25] hanc[26] Cristi doctrinam, nullus[27] regnicola dixerit sibi[28] ave.

---

[2] in *C*F*γ*,E^2 *in mar.* et *(cr. out and ud.)* *E* [3] secundo *EFγ* 3° *C* [4] alludente *CFγ* allundente *E* [5] est *C* *om. EFγ* [6] oppressionem *C* oppressioni *EFγ* [7] wlgarium *C* wlgari *EFγ* [8] ex fide *CFγ* *om. E* [9] versum *CEγ* verbum *F* [10] illud *Cγ* in hoc illud *F* in hoc *(cr. out)* illud *E, but in mar.* recipit E^2 [11] recipit *CF,γ a corr. word* realiter *E* [12] in *CEF* nec in *γ* [13] futuro *CE* in fut. *Fγ* [14] triplex *Cγ* r *(cr. out and ud.)* triplex *E* tr *(cr. out and ud.)* triplex *F* [15] servari *CFγ* servare *E* [16] quantum ad racionem *C* ad racionem *γ* ad romam *F* ad con *(the latter cr. out and ud.) E, but E^2 in mar.* ad contrarium [17] invaderet *EFγ* invadet *C* [18] calliditas *CFγ* callitas *E, but E^2 in mar.* di [19] sed *C* stulte sed *EFγ* [20] pure secund. racionem regule domini I. Cr. — racion. elemosine *Cγ* pure secundum racionem elemosine *F,E, but with mark of ref. in the lower mar.:* regule dom. I. Cr. — sec. racionem E^1 [21] armet *Cγ* ornet *F* quid *(cr. out) E, but E^2 in mar.* armet [22] autem *C* *om. EFγ* [23] generaliter *CFγ* generatur *E* [24] redundant *EFγ* redundat *C* [25] affert *γ* aufert *CE* auffert *(u ud.) F* [26] hanc *C* istam *EFγ* [27] nullus *CFγ* nisi *(?) E* [28] sibi *CFγ* sibi *(the abbreviation* s' *is cr. out) E, but supplied by E^2 in mar.*

Et cum spiritui sancto appropriatur benignitas, regnum nostrum servaret tam intrinsecus quam extrinsecus[29] caritatem et omnino pacem cum exteris, cum redditibus, qui iam sunt in manu mortua, loca eius confinia roborando, nec seducatur regnum per fictam potenciam vel signa impossibilia anticristi. Nam[30] fides doceret homines, quod nullus prelatus habet potestatem nisi ad edificacionem ecclesie, sed[31] non est potestas edificatoria, nisi fuerit pure libera et a deo. Si[32] enim homo posset emere indulgencias et privilegia spiritualia, quibus quis celum[33] acquireret, tunc tota spes foret[34] mundi divitibus et desperacio pauperibus beatitudinem acquirendi.[35] Est igitur[36] medicinale[37] principium, non credere omni spiritui in hac parte, sed dumtaxat, de quanto racione se fundaverit[38] vel scriptura[b]. Et iuxta hoc principium nemo crederet pape vel pre- || *C fol. 171a* lato alteri in || privilegiis vel aliis spiritualibus suffragiis, vel in excommunicacionibus vel censuris aliis, nisi de quanto sonant in iudicium Iesu Cristi.

Horreat igitur[39] regnum Anglie, quod deveniant[40] heretice, proditorie et maligne generalis procurator dyaboli, cum nimis sit, quod contra legem domini cum suis temporalibus[41] dotaverit anticristum. Est insuper maius facinus, quod in morte prelati regnum de novo consenciat[42] priori facinori et confirmet, et omnino pessimum est, quod fideles in domino prohibeantur per incarceraciones,[43] privaciones et censuras alias dicere palam populo legem Cristi. Nam pseudofrater predicans heresim manifestam erit licenciatus ab episcopo et defensatus a seculari brachio, sed sacerdos fidelis volens

---

[b] *with ref. to this idea often repreated by W., cp. above p. 256; also above De Christo et s. adv. antichr. cap. VII, conclusion*

---

[29] intr. q. extr. *Cγ* extr. q. intr. *EF* [30] nam *CF* unde *Eγ* [31] sed *EFγ* *om. C* [32] si *Cγ* sed *EF* [33] celum *C* totum *EFγ* [34] foret *CEγ* *om. F, but supplied in mar. by the texthand* [35] acquirendi *C* acquirendum *EF* adquerendum *γ* [36] igitur *C* ergo *EFγ* [37] medicinale *Cγ* medicionale *F* medicionale *E, but the* o *is cr. out and ud.* [38] fundaverit *Cγ* fundavit *EF* [39] igitur *C* ergo *EFγ* [40] deveniant *C* derivat *(?* divinat) *γ* eveniat *F* on *(cr. out and ud.)* divinant *(?* derivant) *E* [41] cum s. temp. *C* *om. EFγ* [42] consenciat *C* consenciant *EFγ* [43] incarceraciones *Cγ* carceraciones *F,E, but* in *is add. by* E^2 *in mar.*

gratis predicare ewangelium Iesu Cristi erit statim prohibitus predicare in ista dyocesi. Et sic[44] fructus dotacionis uberis prelatorum redundat regno[45] nostro dyabolo in conquestum, cum prelati nec predicant fidem populo, nec permittunt, quod[46] hec fides libere predicetur.

Et sic peccatum commissum contra clemenciam persone tercie impedit caritatem in Anglia germinare.

Lipextic vrebū com̄t' didūcē orcle
te sm̄d et lppo gnire n̄ri.[47]

---

[44] sic *CEF* *om.* γ [45] regno *CF*γ rego *E* [46] quod *CF*γ,E^2 *in mar.* sed *(cr. out and ud.) E* [47] *i. e.* Explicit verbum communiter dicendum clero et dominis et populo regni nostri, *cp. also the title of the Tract* de concordacione fratrum cum secta simplici Cristi *E* Epistola missa episcopo Cantuarensi *E* *without Expl.* γ, *the last part of the folium* 12^a *is not written upon.*

XVI.

DE DUOBUS GENERIBUS HAERETICORUM.

DE DUOBUS GENERIBUS HAERETICORUM.

I. Contents.

Two classes of heretics must be driven out of England, viz. the Simonists (popes, bishops and curates), and the Apostates (all the priesthood, especially the prelates) who have lost almost all true faith, and who refuse to follow the lowly example of Christ. — Now as all heretics are to be regarded as lepers, who, according to the Gospel, are to dwell apart, they must be driven out, and whith them their abettors, the clergy, the Mendicant Friars and temporal lords who support them. They can, indeed, only be expelled by a miracle, for the whole world is full of them.

II. Date of Composition.

There is no certain date for fixing the time at which this Tract was written. With Arnold, S. E. W. III, 211, to whose arguments I refer, I am of opinion that it is an early compilation, composed before 1380. Indeed, the grouping together of the clerus, *the* fratres *and the* domini temporales, *which never recurs in subsequent writings, and which in fact would have been impossible for W. at a later period, is in favour to this view.*

III. Genuineness.

This also can scarcely be doubted. The style is troughout W.'s, and the position of the treatise amongst his genuine writings (compare

the old index on the cover of cod. E) is in favour of this. See further:

(1) *the Vienna Wiclif Catalogues, cp. above p. 7*

(2) *Denis, Cod. MS. Theol. II, 1443*

(3) *Shirley, Catal. p. 30 No. 96.*

(4) *Lechler, J. v. W. II. 568.*

*The fragment is probably an extract from one of W.'s sermons; the whole tone indicates this (*tota communitas *etc. p. 432;* Sed heu! ad tantum *etc. p. 432;* Amen *at the end); it is, perhaps, a part of the* Opus Ewangel. (De Sermone Domini in monte) *IV. part,* De Anticristo, *and seems to be taken from the 14th chapter (Cod. Trin. Coll. Cambr. B. 16. 2. fol. 353—432 and C. 123. fol. 3—332). Shirley, Catal. 58 and 65 gives the Incipit and the Explicit (he reads the latter incorrectly):* Duo sunt genera hereticorum . . . . *Expl.* observanciam *(p. 65:* observancia) faciendo. *Compare also Arnold, S. E. W. III, 211, 216. The fragment is so far not without importance, as on the one hand it treats, and that with some asperity, of the universal corruption of the priesthood (not the Mendicant Friars) and on the other, the whole tone expresses sorrowful resignation at the corruption of the Church. At the beginning the pamphlet coincides with the original English Tract; after the* duo genera *have been briefly described the two fragments differ, as is often the case with W., in the tenor of their arguments and the tone of their polemics, cp., for instance,* De Officio Pastorali *published by Lechler, Leipsic 1863, and Mathew, E. W. h. u. p. 405 ff.*

IV. *Still unpublished.*

V. *Existing only in cod. 1337 = E fol. 181c—181d.*

VI. *The fragment is in the codex without corrections or marginal notes. The handwriting differs somewhat from that of the pamphlets preceding it in the Manuscript. The Tract which follows:* De Trinitate *begins in a new hand.*

JOHANNIS WICLIF

DE DUOBUS GENERIBUS HERETICORUM.

De duobus generibus hereticorum.

‖Duo sunt genera hereticorum, | de quibus foret Anglia ex | purganda. Primi sunt symoniaci, | qui sunt omnes pape, episcopi, curati vel prebendarii, qui occupant symoniace patrimonium crucifixi. Secundi sunt apostatici, qui sunt omnes clerici, sed prelati precipue, qui discredunt medie parti fidei catholice, qua cristianus credit, quod Cristus viavit in terris secundum vitam summe pauperem[a] et penalem. In illa autem vita si sit[1] fidelitas, debent quicunque episcopi propinquius sequi Cristum. Cum autem omnes heretici sunt leprosi, qui debent secundum ewangelium Luc. 14[b] stare a longe et vivere extra castra, ‖ quia nephandum foret, reges et seculares dominos habere tales leprosos consiliarios vel eis in tali duplicitate consentire[2], non dubium, quin contingit[3] regnum per tales leprosos consiliarios contaminari generaliter et perturbacione secundum deum et hominem irremediabiliter irretiri. Et idem est iudicium de consensu cleri, sive fuerint episcopi sive presbyteri sive

‖ *E fol. 181c lin. 29*

‖ *E fol. 181d*

---

[a] *This is the view of the Franciscans of the stricter observance, cp. Milman, Lat. Christianity VII, cap. 6* [b] *v. 21 ff.*

---

[1] si as. sit *(sic) cod.* [2] *between* duplicitate *and* consentire *the scribe has left a blank space; I believe, he could not read* duplicitate *in his original and left, a space too large for the word which had to be added afterwards* [3] contingit *or* convenit, *the abbreviation is not clear*

fratres. Omnes enim illi, qui tacent propter lucrum seculi vel salvacionem corporis temporalem, sunt domini proditores.

Et idem est iudicium de dominis temporalibus, qui debent sub pena prodicionis perpetue hereticos predictos destruere et servire in fide domino nostro Iesu Cristo. Nam secundum decreta sanctorum[c] non caret scripulo societatis occulte, qui manifesto facinori desinit obviare. —

Has autem hereses tenentur omnes fideles niti destruere; primo clerici, sed precipue prelati ac fratres, cum aliter forent fugiendi heretici ex consensu; secundo mundi principes cum suo consilio et Cristi milicia saltem fomentum huius criminis subtrahendo et proditores domini non fovendo; et tercio, cum huius destruccio non perficeretur[4] sine grandi dei miraculo, tota communitas tenetur rogare, ut deus adiuvet in hac parte. Sed heu! ad tantum invaluit pars principis huius mundi, quod vix reperietur hodie civitas, villa vel viatoris colleccio, quin tenentes eius in potencia et in certitudine prevalerent[5] contra Cristum. Sed sciat pars anticristi, quod finaliter oportet, ut deo observiat paciendo, Amen.

Incipit tractatus de trinitate.

---

[c] *cp. Atto Episc. Vercell. (in Du Cange) Ep. 10 apud eund. Acher. tom. 8. spicil. p. 131: Negligere enim, qui potest deturbare perversos, nihil aliud est, quam fovere. Nec caret screpulo etc. Cp. also Corp. iur. can. (ed. Richter-Friedberg, Leipzig 1880) Decr. II P. II. Qu. c. 55: negligere, perversos cum possis perturbare, nichil est aliud quam fovere. Nec caret scrupulo etc. wie oben.*

---

[4] pficeretur *cod., the stroke through the lower part of the* p *is omitted* [5] prevaleret *cod.*

XVII.

DE RELIGIONIBUS VANIS MONACHORUM.

DE RELIGIONIBUS VANIS MONACHORUM.

I. Contents.

The division of the Church into Sects destroys the unity sought after by Christ, p. 437. If Peter and Paul (according to I Cor. I and III) were forbidden to form Sects, so much the more were Augustin, Benedict, Dominicus and Francis, p. 438. Christ, the rock of justice, is the only fondation of the Church, and with Him no saint can be compared, p. 439. For this reason, the adherents of monastic orders, their supporters and patrons, must be considered in the light of promoters of schism, p. 440.

II. Date of Composition.

Uncertain: the Tract contains no evidence whatever, and was probably composed towards the end of the Author's struggle against the Hierarchy.

III. Genuineness.

External evidence:

(1) see the Explicit of cod. Olm. I, V, 34.

(2) see D, Index on the cover (only to be accepted conditionally).

3) Denis, Cod. MS. Theol. II, 1444; 1455; 1493; 1501.

4) Shirley, Catal. Nro. 80 p. 27.

5) Lechler, J. v. W. II, 567.

28*

Internal evidence:

(1) *see the General Introduction above V, e.*

(2) *the comparison between Christ and the heads of the monastic orders, and the names of the three Sects* monachi, canonici, fratres *point conclusively to Wiclif's authorship. — It is, very probably, a short fragment from some larger work.*

IV. *Still unprinted.*

V. *Extant in*

cod. 3929 = A fol. $207^d - 208^b$ *no Corrector,*
cod. 4527 = C fol. $145^a - 145^b$,, ,,
cod. 3930 = D fol. $166^a - 166^c$,, ,,
cod. 4515 = H fol. $83^b - 84^b$,, ,,
cod. 1338 = J fol. $29^c - 30^a$ { J^1 = *Corrector*, J^2 = *Corrector* }

in the Imperial Library at Vienna

cod. I. V. 34 = Ol, 25th Tract (the pages of the cod. are not numbered)

in the Imperial Studienbibliothek at Olmütz.

JOHANNIS WICLIF

DE RELIGIONIBUS VANIS MONACHORUM

SIVE

DE FUNDATORE RELIGIONIS.[1]

Tractatus de fundatore religionis.[2]

‖[3] Saluator noſter diligens vnitatem reli|gionis,|[4] et plantaciones pharifeicas odiens | dicit in ſuo ewangelio, quod eſt[5] ſufficiens regula | ſue religionis, Mt. 15°[6] [a]. Omnis plantacio quam non plantauit pater meus celeſtis eradicabitur, Talis autem plantacio eſt quelibet[7] religio, aut[8] ſecta humanitus inventa,[8] que ſonat[10] in diuiſionem criſtiane religionis, et hec diuiſio contingit vbicunque aliquis citra ‖ *A fol. 207d lin. 25*

---

[a] *v. 13*

---

[1] *In order to give the reader an idea as to the quality of the Vienna copies, the following text has been closely copied from the codex A, with the punctuation, orthography and various errors of this codex. All abbreviations have been solved and written out in full, I having closely followed the usage of the MS. in its orthography; cp. for instance words as* cristus *instead of Christus. The fragment is copied by the same hand that wrote the whole codex and is corrected throughout with red ink. I have observed that all the commas which were originally in black ink, have been gone over with red (with the exception of the comma after* Augustinus *p. 439 l. 7;* dicit *439 l. 15); all the capital letters (with the exception of* Mt. *above l. 3;* Unuſquisque *438 l. 9;* Apollo *438 l. 16;* Jesus *439 l. 4;* Non *439 l. 7;* Augustinus *439 l. 14;* Roman. *440 l. 9;* Non *440 l. 9) and the* b *occuring twice in* beatus *before* August. *are in red ink. My other observations are given in the notes* [2] *this title in red ink no title in CH* De Religionibus vanis monachorum *D* Explicit hoc *(before the present Tract comes De Diabolo et Membris eius)* De fundacione

criſtum honoratur et acceptatur, tamquam patronus[11] principalis alicuius ſecte ordinis aut religionis, Et ſi[12] illicitum eſt acceptare petrum, aut paulum, aut alium apoſtolum, in fundatorem criſtiane religionis, a multo forciori illicitum est Augustinum, aut Franciſcum, ſiue[13] dominicum acceptare pro patrono principali, cum de eis non fiat expreſſa mencio in lege criſti, Ideo[14] paulus apoſtolus videns corinthios cecitate ſciſmatis percuſſos, reprobat ipſos[15] di-
|| *A fol. 208a* cens,[b] Vnuſquiſque veſtrum[16] dicit || Ego quidem[17] ſum pauli, Ego autem apollo Ego vero cephe, Ego autem criſti, diuiſus eſt ergo criſtus, Numquid paulus pro vobis crucifixus eſt, aut in nomine pauli baptizati eſtis, q. d. non,[18] Igitur neque petrus neque paulus, nec aliquis alius citra criſtum est dignus, ut ſit patronus principalis alicuius religionis, quoniam[19] idem apostolus[20] humiliter confitetur[21] subſequenter[22] dicens,[c] Ego plantaui ſcilicet per predicacionem, Apollo rigauit, ſcilicet per conſilium aut baptizacionem, ſed deus incrementum dedit, ſcilicet per graciam fidem et religionis fundacionem, Itaque neque[23] qui plantat[24] eſt aliquid, neque qui rigat eſt aliquid, ſcilicet[25] ſupra quod poteſt ſecta ordo[26] aut religio fundari, ſed qui incrementum dat deus, ipſe eſt eccleſie

---

[b] *I Cor. 1, 12—13* [c] *I Cor. 3, 6—8*

---

religionis *J* *no heading in Ol, the piece has been written, without separation, together with* Quatuor imprecaciones [3] *C fol. 145a lin. 1 D fol. 166a lin. 1 H fol. 83b lin. 24 J fol. 29c lin. 31 Ol Stück 25, there are no numbers on the pages, lin. 36* [4] *this stroke is in red ink and is of no consequence* [5] est *ACDJOl* est est *H* [6] Mt 15º *in A underlined in red ink* 15º *ACDJ* IIIº *HOl, there is an erasure in Ol* [7] quelibet *ACDHOl* quedam *J, but* dam *is underlined, and* libet *is add. in mar. by J[1]* [8] aut *ACDHJ* vel *(ud.) above it* aut *by the texthand Ol* [9] inventa *ACDHJ* adinventa *Ol* [10] *the* t *corr. into the text with red ink* sonat *CDHJOl* [11] patronus *ACDHJ* pronus *(cr. out) below it* patronus *by J[1]* [12] *in A corr. into the text with black ink* sic *CDHOl,J here the* c *is added later by J[2]* [13] sive *ACHJOl* seu *D* [14] Ideo *AJ* Igitur *CDHOl* [15] ipsos *A* eos *CDHJOl* [16] vestrum *ACDHOl om. J* [17] quidem *ACHJ om. DOl* [18] q. d. non *(sic) AHOl* quasi diceret non *C* quasi d. non *(sic) DJ* [19] quoniam *ACDHJ* quando *Ol* [20] apostolus *ACHJOl* paulus *D* [21] confitetur *ACDJ* profitetur *HOl* [22] subsequenter *ACDHOl* subsequens *J* [23] neque *ACDHOl* nec *J* [24] plantat *ACDHOl* plantavit *J* [25] scilicet *ADHJOl* sed *C* [26] s. o. *ACDHOl* o. s. *J*

fundamentum, Quid igitur eſt apollo, quid vere[27] paulus, miniſtri eius cui crediſtis Et ſequitur[d] vnuſquiſque autem videat quomodo ſuperedificet,,[28] Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, preter id quod poſitum eſt criſtus Ieſus, hoc autem fundamentnm eſt petra iuſticie, de qua loquitur criſtus in ewangelio[e] d. b.[29] petro Tu es petrus et ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam, Super quo dicit beatus Auguſtinus,[30f] Non enim a petro petra, ſed petrus a petra, ſicut nec criſtus a criſtiano, ſed criſtianus a criſto vocatur, petra autem erat criſtus, non ergo edificabo me ſupra te, ſed te ſuper me, Nam homines volentes edificare ſuper homines dixerunt, Ego quidem ſum pauli, ego autem[31] apollo, ego vero cephe, vt patet ſupra,[g] per hoc[32] patet, quod nec viui, nec mortui homines, poſſunt eſſe[33] ut fundamentum principale alicuius religionis, Unde beatus Auguſtinus de vera religione[34] dicit,[h] non ſit nobis religio cultus hominum mortuorum, quia ſi pie vixerunt, non ſic habentur vt tales querant honores,[35] ſed illum a nobis coli volunt,[36] quo illuminante letantur meriti ſui nos eſſe conſortes, honorandi ergo ſunt propter imitacionem, non adorandi propter religionem. hec ille,[37] Ecce quam plane beatus Auguſtinus probat, quod ſancti citra criſtum, non ſunt acceptandi vt principales patroni alicuius religionis, cum talis acceptacio[38] ſit

[d] *I Cor. 3, 10—11* [e] *Matth. 16, 18* [f] *cp. Augustini Opp. tom. I Retract. lib. I cap. XX p. 32 B; tom. V, Sermo LXXVI: quia enim Christus petra, Petrus populus Christianus. Petrus enim principale nomen est. Ideo Petrus a petra, non petra a Petro: quomodo non a Christiano Christus, sed a Christo Christus vocatur; ibid. Sermo CCXLIV 1017 A; Sermo CCLXX p. 1097; Sermo CCXCV p. 1194 D: Tu enim Petrus. A petra Petrus, non a Petro petra. Sic a petra Petrus, quando a Christo Christiani* [g] *cp. note b* [h] *cp. August. Opp. tom. I De vera relig. § 108 p. 786 B; W. here quotes verbatim*

[27] vere *AD* vero *CHJOl* [28] *the second comma is in red, the first in black ink* [29] d. b. *(sic) A* dicens beato *CDJ* d. beato *(sic) H* dicens Beato *Ol* [30] beat. Aug. *ACDHJ in A underlined with red ink* Aug. *Ol in C in mar.:* Augustinus *with a* ☛ [31] autem *ACDHOl* quidem *J* [32] hoc *ACDJ* hoc hec *HOl* [33] possunt esse *AJ* essent *CDHOl* [34] beatus Aug. — relig. *in A underlined with red ink* [35] honores *ACHJOl* honorem *D* [36] volunt *CDHJOl* valunt *A* [37] hec ille *in A underlined with red ink* [38] acceptacio *ACDHOl* accepcio *J*

honor latrie ſoli deo exhibendus, Quicunque igitur[39] ſiue[37] mo- || *A fol. 208b* nachi || ſiue canonici, aut fratres, uel alii aliqui[41] acceptauerint Auguſtinum, Benedictum, Franciſcum aut dominicum, uel aliquem alium citra criſtum, in principalem patronum ſecte uel religionis, ſunt ſciſmatici et ydolatre, ab omnibus fidelibus fugiendi, peccant igitur[42] grauiter domini et domine, et populus qui tales ſectas approbant,[43] et inter tales religioſos comorantur eos defendendo aut fouendo in tam grandi peccato ſciſmatis et ydolatrie, quoniam ſecundum apoſtolum[44] Roman.[45] 1° [i] Non ſolum qui talia agunt digni ſunt morte, ſed qui conſenciunt[43] facientibus, nec excuſandi ſunt domini aut domine propter ignoranciam, quoniam ſi cecus ceco ducatum preſtet ambo in foueam cadunt etc.[47]

dubium

nemo peccat in ſpirit. ſ. etc.[48]

---

[i] *v. 32*

---

[39] igitur *ACJ* ergo *D* *om. HOl* [40] sive *ACDHOl* sunt *J* [41] vel alii aliqui *AJ* vel aliqui alii *CH* aut aliqui alii *DOl* [42] igitur *ACDJ* ergo *HOl* [43] approbant *ACDHOl* p *(cr. out)* approbant *J* [44] apostolum *ACDJOl* apostolos *H* [45] Roman. *ACDHJ* ad Rom. *Ol* [46] consenciunt *CDHJOl* conseciunt *A, (compend. om.)* [47] ambo in foveam cadunt etc. *A* ambo in foveam cadunt *CDHOl* ā i fo. ca. etc. *(sic) J* [48] *thus in A* Deo Gracias, Nota 6 species consensus

Consentit cooperans. defendens. consilium dans
Ac auctorizans. non iuvans. nec reprehendens.

Epistola ad simplices sacerdotes *CD* Nota VI species consensus Consentit cooperans defendens consilium dans Ac auctorisans non rimans *(sic)* nec reprehendens *H* Litera parva ad quendam socium *J* Johannes Magister Wyk*(lif) by the texthand Ol*

XVIII.

DE PERFECTIONE STATUUM.

DE PERFECTIONE STATUUM.

I. *Division.*

Thesis: No private religion can be equal to that of which Christ is the head.

(a) *Negative part: Reputation of the opposite assertions, chap. I*

(b) *Positive part: Such religions are imperfect, chap. II—IV; the Mendicant Orders more especially are injurious to a true Christian life, chap. V—VI.*

Conclusion: All Sects should be abolished, chap. VI.

II. *Summary of Contents.*

Chap. I. *The Friars assert that their orders hold a higher standard of perfection than the great Church in general founded by Christ, p. 449. This rests mainly on their subjective idea of perfection, p. 450—451. The state of Christ and that of the apostles is in reality a far higher one, p. 452. It is a lie and blasphemy to assert that Christ endues such as enter the monastic orders with especial grace, or that on their entrance into these orders they receive absolution from their sins, p. 452—453.*

Chap. II. *All Sects, notwithstanding that some good is eventually produced by them, fall short of Christ's law, p. 453—455. Neither the external marks of difference, nor the results falsely supposed to be attendant on the entrance into the order, are sufficient to constitute a higher degree of perfection, p. 456—458.*

Chap. III. *As examples of the pernicious consequences of the Sects' teaching, are the two combating Popes, who each claim absolute perfection in religious matters for their respective parties, p. 458, at*

the same time proclaiming that every Christian has not only the right, but that it becomes his duty, to slay his brother, p. 459. This is entirely contrary to the Scriptures, to Moses, Paul or Christ: therefore away with the Four Orders! p. 460—463.

Chap. IV. *For, taught by the father of lies, they proclaim lies by asserting (and falsely quoting the O. T. as their authority) that the present conflict between the two Popes takes place with God's approbation; whereas all schism is against His laws, p. 463—465. Therefore once again, both, Popes and their chief supporters, the Friars, should be done away with p. 466—467.*

Chap. V. *When examining more closely the principles of the Friars, it is apparent that Christian virtue rests with them in outward appearance, p. 467. Three great obstacles lie in their way, which prevent them from leading a truly Christian life: (1) their inordinate desire for followers (kidnapping of youths), p. 468; (2) their preference of their own peculiar principles and traditions to those of Christ, p. 469; in connection with this is their hypocrisy and striving after worldly profit, whereas all true holiness must commence from within, p. 470—473.*

Chap. VI. *(3) Their obedience to their superiors, which must necessarily often interfere with their obedience to Christ, whose commands often come into collision with those of the prelates, p. 473. This, besides being injurious to themselves, does harm to the Church, p. 474—476. It would, therefore, be the duty of their superiors to join Christ's side, and thus put an end to all smaller private Sects, p. 476—478. — Even if such advice should be considered heretical, and the adviser be followed by threats and persecutions, it should intimidate no one from leaving their community, as it would deliver the Church from a great burden, p. 478—482.*

III. Date of Composition.

It appears from chap. II and III that the Schism and the war between the two Popes, consequent upon it, was the occasion of this Tract. The former is to be directly inferred from several passages: duobus papis *p. 458,* uterque istorum *p. 458,* ex bullis hiis putridis *etc. p. 459,* isti pape precipiunt *etc. p. 460 etc.; it is also evi-*

dent from fidelem clericum *etc. p. 461 and* fidelibus ewangelizantibus *etc.* ibidem, *that the controversy between the ecclesiastical authorities and Wiclif's travelling preachers was already going on. This controversy took place according to Wilkins, Conc. M. Brit. III, 168 ff., Fasc. Ziz. 334—346 and Lechler, J. v. W. I, 691 ff., in the summer of 1382. It appears further, from* licet episcopo Norwicensi *etc., p. 459, that the bulls concerning the Crusade had already been issued, see: Walsingham, H. A. II, 71 ff. According to Wilkins, Conc. M. Brit. III, 171 the archbishop of Canterbury ratified the Pope's bulls on the 10th of April. By putting a stress upon the single word* licet, *and inferring from it that the real* invasio Flandriae *(which took place in the middle of May 1383, Walsingham, H. A. II, 88; according to Knighton X Scr. 2672, 44, in June 1383) had not yet taken place, the date of the composition would have to be fixed in the few weeks between the 10th of April and the middle of May 1383.*

IV. Genuineness.

External evidence:

(1) cp. the Wiclif-Catal. of the Vienna codd., see above p. 7.
(2) Wilkins, Conc. M. Brit. III, 344.
(3) Index of cod. β (flyleaf); cp. above, General Introd. IV, Description of the codd.
4) Denis, Cod. MS. Theol. II, 1440; 1461; 1468; 1501.
5) Shirley, Catal. No. 78 p. 26.
6) Lechler, J. v. W., II, 567.[1]

Internal evidence:

(1) cp. above, General Introduction V, e.
(2) cp. the many references to English affairs (the Crusade to Flanders, Scottish invasion etc. p. 459)
(3) the division of the Four Sects, peculiar to W.
(4) the reference to De Ordine christiano, cap. VI, note a.
(5) for instance, cap. II, note f; o; cap. III, l; cap. V, a; b; e; cap. VI, a; e; g; n.

---

[1] *With reference to this, cp. p. 568 No. 12; from the Incipit it is evident that L. is mistaken; Shirley 'did not overlook the treatise', cp. Catal. No. 78, and, with reference to the origin of the mistake, Denis II, 1440.*

V. *Not printed heretofore, with the exception of nine passages termed heretical, which are to be found in Wilkins, Conc. M. Brit. III, 344.*

VI. *Extant in*

cod. 4527 = C fol. 148^b—156^a { C^1 = *Corrector (thin hand)*; C^2 = *Glosser (in red ink)* }

cod. 3930 = D fol. 178^c—186^d { D^1 = *small black hand*; D^2 = *small pale hand*; D^3 = *thick red hand* }

cod. 1337 = E fol. 73^a—81^c { E^1 = *Corrector*; E^2 = *Glosser (red hand)* }

cod. 3927 = F fol. 37^a—43^a F^1 = *Corrector (small hand)*

all these in the Imperial Libr. at Vienna

cod. III. G. 11. = β fol. 250^b—156^a { β^1 = *Corrector (in black ink)*; β^2 = *(red hand)* }

the latter in the Univers.-Libr. at Prague.

VII. The Manuscripts.

They have all originated from the same archetype, probably a Czechish copy written at Oxford or Prague. This common origin is proved by the missing verb contendere p. 449 l. 5; ut *VI, 94 and* et pondus *p. 477 l. 11.*

A. **Their relationship.** *Class E—F. Both E and F are most carelessly copied; they contain, however, a number of readings peculiar to themselves, which places their relationship beyond question: see the common ommissions:* esse *I, 12;* laudacione *II, 7;* sua *VI, 54; further* et *(om.) I, 18;* 3 *II, 8;* autem *III, 18;* quam *III, 58;* tali *IV, 36;* hunc *V, 63;* invicem *VI, 31, where E—F, while differing from all the rest, alone give the correct reading; cp. especially* cruciandus *VI, 67. According to my calculation, E—F read the same in 42 instances, when compared with the other codices. The number that approaches nearest is that of class D—β, with only 21 instances of this kind. This number would have been still greater, if E and F had copied with a little more care. — E did not originate from E: see* dyabol. *etc. I, 17;* et sic patet *etc. I, 22;* digniora seu *I, 28;* obiect. *II, 61;* nisi forte *etc. II, 62;* cum causae *IV, 28;* et iuxta *etc.*

V, 47; dom. arm. *etc. VI, 18;* iniquit. seu *VI, 76; nor F from E: observe the large number of readings peculiar to E which I cannot particularize here for want of space. — As to their origin, I have not been able to ascertain whether both Manuscripts were copied directly from the same source (which to me does not appear probable), or whether their original lies still farther back.*


Class D—β. Both codices were copied far less carelessly than either E or F. Among the 535 passages (the readings of F and F^1 are included in this number), D and β give the same reading in about 400 instances; in 21 cases they give the same reading against the agreement of the rest: see sibi *(om.) I, 10;* preco *I, 40;* optima *II, 36;* inducc. *II, 59;* alia *III, 7;* nostro *III, 8;* reput. *III, 37 and IV, 26;* istud *V, 21;* perspecte *V, 64;* manifesto *VI, 15;* precipit *VI, 33; as characteristic for their relationship see* papa *III, 8;* taliter *IV, 30;* simil. *IV, 40;* orrenda *(without* h*) IV, p. 466 l. 26;* reput. *IV, 26;* consim. *V, 25;* ut *V, 46;* suas *(om.) V, 77; more especially* quo *VI, 16;* omnium *VI, 29, which cannot be explained except as issuing from the same source;* quo *VI, 16, which alone is right, compared with the nonsense* que *of the other MSS.; and, more especially,* o̅m *VI, 26, i. e.* omnium *point eventually to the same mother, but the materials are too slight to afford conclusive evidence for this. — β was not copied directly from D: see* cum *II, 18;* Cristi *VI, 17;* sine auct. *VI, 104. — Nor was D copied directly from β: see* simplex *III, 49;* si isto *III, 43;* plus *III, 56;* sic *V, 40;* ista *VI, 22;* pater *IV, 3. — C does not belong to either class.*

B. ***The best Codex.*** *F with 163 ($43\frac{1}{3}\,^0/_0$) and E with 152 ($37\,^0/_0$) false readings among the 383 decisive passages, must be at once excluded from the competition for the first place. As F gives in no case independently of the rest a correct reading* (sinerent *III, 16, being an orthographical form), and often contains a continuous series of corruptions, F^1 being also worthless with the exception of* numinis *II, 27 (three of his numerous corrections are incorrect), I will not give in my critical list the variants neither of F, nor of F^1 with the exception of the above few mentioned. On the other hand, the scribe of E in spite of his very careless copy has in no less than four passages* (invitus *IV, 39;* quam *etc. IV, 14;* legiferi *VI, 45;* sine *VI, 73) given*

a correct reading instead of the wrong one contained in the rest (D and β in only two). I will therefore note down E's readings. E^1 is not worth much: he has not had any of the four codd. in question as his original (see in addition to fundati II, 13, also vel III, 42; quam III, 52; in V, 38; talis V, 49; tales fing. VI, 19; simul VI, 31; eo VI, 34; wlg. VI, 48; debent VI, 90; querunt VI, 108; 109). From his corrections it would appear (see fundati II, 13; gracia II, 33; natura III, 26; vel III, 42; patr. V, 22; et VI, 83; penam VI, 97, besiders others not given here) that he has not corrected closely from his original, but that he arbitrarily mended passages difficult to read or to understand. Of E only the characteristic passages above mentioned will be taken notice of, in order to give the reader an idea of its quality.

Thus there remain, C with 49, β with 51, and D with 57 false readings, among the 380 decisive passages. D was copied carelessly, and in 20 instances has given a wrong reading against the consensus of the rest, twice a correct one (suarum V, 79; Ex. 32 V, 28). Closely connected with this codex is the scribe of β, who has in 20 instances a wrong reading and once a correct one (observanciam VI, 52), so that codex C which gives a wrong reading in only 12 passages should have the preference (notwithstanding the bad condition of chap. VI, 21—29).

C has, therefore, been chiefly followed in forming the text. The following diagram may be drawn to show the mutual relation of the Manuscripts. —



JOHANNIS WICLIF

DE PERFECCIONE STATUUM.

CAP. I.[1]

‖ [2] Cum viantes et fratres specialiter contendant circa perfec- ‖ *C fol.* 148^b *lin. 1*
ciones ordinum | privatorum, supponentes ut fidem, quod quilibet eorum in perfeccione | excedit communem ordinem cristianum, tractandum videtur parumper de | istà materia.

Dicitur autem quendam fratrem *(contendere)* ordinem suum ac[3] statum excedere super ordinem episcopi vel papalem, et sic innuit, ordinem suum esse perfectissimum atque perfecciorem, quam ordinem aliquem, quem instituit Iesus noster. Et ut videtur, quilibet frater debet consequenter de suo ordine sic sentire, quia secundum decretum beati Hieronymi[a] et approbacionem ecclesie, non mediocriter

---

CAP. I. [a] *cp. Corp. iur. can., decr. P. III de Consecratione, Dist. V, cap. 24: Mediocre bonum non est magno praeferendum. Item Hieronymus (in regula Monachorum ex Hieronymo collecta, Polycarpus l. 3. t. 25): non mediocriter errant, qui bono magno praeferunt mediocre bonum etc. cp. L. A. Richter, Corp. iur. can. Lpz. 1839, p. 1235*

CAP. I. [1] *Title, Expl. and Inc. wanting in CF,D, here above the col.* 178^c *is written:* De ordine minorum monachorum *(?) D*[3] Tractatus de perfeccione statuum, continet 6 capitula *(above the col., the title is repeated closely above the text:* De perfeccione statuum 6) *E* de perfeccione statuum *β* [2] *cod. D fol.* 178^c *lin. 31 cod. F fol.* 37^a *lin. 1 (the last part of fol.* 36^b*, as well as fol.* 36^c *and* 36^d *are not written upon) cod. E fol.* 73^a *lin. 1 (here as in nearly all the tracts of of this MS. there is added, high above, close to the col. of the text:* cor*(rectus) cod. β fol.* 250^a *lin. 8* [3] ac *CDEβ* et *F*

peccat, qui propositis duobus bonis indifferenter eligibilibus magis bono postposito elegit minus bonum.

Et concordat racio huic principio, cum deus non potest illum excusare a culpa, qui in tali casu postposuit sibi melius et eligit[4] inutilius, et specialiter supposita indifferenti et equa facilitate utrumlibet eligendi. Ad hoc enim deus indidit homini naturaliter libertatem arbitrii, qua talis abutitur, ut sic facit. Ideo dicit metricus[5]:

Qui valet[6] eligere et capit et minus[7] utile gratis,
Est fatuus vere nec[8] sapit ipse satis.

Supposito ergo isto morali principio tamquam fide, videtur, quod quilibet frater debet concedere, quod stulte fuit ingressus suum ordinem vel quod suus ordo sit sibi optimus inter omnes. Nam ante ingressum in suum ordinem positus[9] fuit in eleccione libera quemcunque quatuor ordinum[b], quem voluerit, eligendum, ut suppono. Et cum aliis paribus istum ordinem elegerat et non stulte, ergo illa eleccio fuit de ordine vel statu sibi[10] optimo. Patet consequencia[11] ex dictis.

Sed hic dicitur, quod cuicunque fratri est suus ordo optimus, sed non cuilibet, cum non loquamur de meliori simpliciter, sed de utiliori persone date secundum habitudinem respectivam.

Sed arguendo contra istam arguciam, suppono, quod non stulte sophisticetur in isto sophismate dyaboli, quod ordo meus est michi optimus, quia ex eleccione prima maxime prodest michi. Loquimur enim, ac si essemus ante accepcionem status huiusmodi et deus sciret ac ordinaret esse[12] michi istum ordinem meliorem, et sic iste ordo saperet[13] perfeccionem simpliciter ultra perfecciones alias michi et cuilibet pro ingressu. Aliter enim oporteret concedere, quod qui-

---

[b] *i. e. Dominicans, Franziscans, Augustines and Carmelites, cp. for instance De quatt. Sect. nov. cap. IX, above p. 274*

---

[4] eligit *CDβ* elegit *E* [5] *in E is add. in mar.:* Metricus contra eleccionem minus boni *E*[2] [6] valet *CDβ* videt *E* [7] el. et c. et m. u. *CD* eli. cap. et mi. u. *E* [8] nec *CDβ* et nec *E* [9] positus *CDβ* penitus *E* [10] sibi *C(?)E* *om. Dβ* [11] consequencia *CDβ* consequens *E* [12] esse *CDβ* *om. EF* [13] saperet *CEβ* superet *D*

libet status dyaboli sit sibi utilior quam aliquis[14] status beatorum, cum iste status facit sibi bonum, quia dampnacionem iustam et divine iusticie complementum. Ideo cum status iste ordinatur a deo, patet, quod ille, ut est iustus, sic est tali dyabolo[15] status bonus.

Sed non loquimur ad hunc sensum, quod status,[16] in quo est quicunque dyabolus, vel status viantis, in quo est quicunque[17] purgator latrine vel quantumcunque abiectus, sit melior atque perfeccior statu quolibet assignando, quia isti utilior. Nam frater hoc modo equivocans deturpat suum ordinem et non ornat.

Supposito ergo, quod loquamur simpliciter de perfeccione status in se, propter || cuius status vel ordinis ingressum ipsum accipiens est ut sic perfeccior, quam foret ex ingressu ordinis alterius bassioris, tunc videtur, quod quilibet status fratrum sit sub non gradu perfeccionis et per consequens imperfeccior et[18] quam aliquis status dyaboli. || *C fol. 149*

Nam nullus, ut ingreditur talem ordinem fratrum[19], est sub aliquo gradu perfeccionis, quod tamen oporteret, si talis ordo foret perfectus ad sensum expositum, ergo est ut sic sub non gradu perfeccionis. Non enim est puer, in quantum factus frater, sub aliquo gradu perfeccionis essencialis, cum illa manet invariabilis sicut humanitas. Et loquendo de perfeccione accidenciali, cum non potest dici perfeccio in virtute eo, quod tunc foret quilibet frater ut huiusmodi virtuosus, relinquitur, quod sit perfeccio disposicionis hominis ad virtutem. Non enim est sub aliquo gradu perfeccionis vel reputacionis hominis, quoad[20] mundum, quia stultus foret, qui ea intencione acciperet statum fratris. Et sic patet, quod oportet logicum statum perfeccionis fratris[21] ad[22] disposicionem in moribus retorqueri.

Capit[23] autem blasphemiam ista presumpta perfeccio status fratrum, quia status, quam Cristus immediate instituit ante fratres,

---

[14] aliquis *CDβ* alius *(?) E* [15] t. dy. *CDβ* dy. t. *E* [16] stat. *CDβ,E but in mar. is add. by E¹* viantis [17] dyabolus v. st. v. in q. est quicunque *CDEβ om. F* [18] et *CDβ om. EF* [19] fratrum *C* fratris *DEβ* [20] quoad *CDβ* ergo ad *E* [21] fratris *CEβ* fratrum *D* [22] Et sic patet — fratris ad *CDEβ,F¹ in mar. om. F* [23] capit *CDE* capiat *β*

disposuit[24] suos apostolos per statum, quem eis imposuit ad gradum in moribus alciorem. Et patet ex fide, ista disposicio fuit[25] melior in effectu. Aliter enim oporteret concedere, quod frater huiusmodi sit futurus in celo alcior sancto Petro, quod esset omnino[26] blasphemia.

Cum ergo Cristus, patronus noster,[c] sit quocunque patrono suo privato infinitum perfeccior[27] et infundebat graciam cuicunque, quem ad statum esse cristiani acceperat, ad regulam digniorem et alia carismata tribuit digniora seu[28] meliora, quam potest patronus privatus istorum ordinum, — videtur, quod ordo Cristi in gradu infinitum perfecciori cristianum[29] instituit, quem[30] ut sic instituit aliquis[31] ordo fratrum. Sicut enim se habet magnitudo superficiei ad magnitudinem linee, sic perfeccio ordinis cristiani ad perfeccionem ordinum privatorum.

Et hic rutilat fratrum blasphemia, qui sompniant, quod Cristus pepigit cum eis,[32] quod[33] si in ordinem suum quis intraverit, Cristus dabit sibi graciam ampliorem et faciet, ut sit disposicior[34] de tanto ad sibi moraliter serviendum. Non enim recollo de blasphemia ficta falsius et infundabilius in scriptura, cum Cristus istum statum fratrum tam diu nimis invide[35] expectaret. Et patet ex isto[36] blasphemia preconizata hodie de istis privatis ordinibus, quod eo ipso, quo quis aliquem istorum[37] ingreditur, est absolutus de quocunque crimine, quod comisit.

Idem enim foret blasphemiam istam asserere et Cristum ordini fratrum subicere, cum in ordinem apostolicum[38] recepit[39] Scarioth

---

[c] *in contradistinction from the patroni of the Four Orders, cp. for instance above p. 22; 64; 139*

---

[24] disposuit *not clear in CD* [25] fuit *CDβ* ista *(cr. out & ud.)* fuit *E* [26] omnino *CDβ* omne *E* [27] *in D is add. in mar.:* Patronus Cristus noster perfeccior quocunque privato patrono *D¹* [28] digniora seu *E* *om. CDβ* [29] cirst. *CDβ* gradu *(cr. out & ud.)* crist. *E* [30] quem *CDβ* quam *E* [31] aliquis *CDβ* laius *E* [32] pep. c. e. *E,C transposed by marks* c. pep. e. *β, (originally in) C* pep. e. *D* [33] quod *CDβ* *om. E* [34] sit disposicior *CDβ* sic disposiciorem *E* [35] *here begins in β a new hand which, on the whole, is similar to the old one, differing from it merely in the ductus of a few letters* [36] isto *CDβ* ista *E* [37] istorum *CE* illorum *Dβ* [38] apost. *CDβ* istum ap. *E* [39] recepit *CEβ* receperit *D*

peccato[40] finalis impenitencie viciatum. Numquid[41] credimus solum predestinatos ordinem fratrum intrare? Certus sum quidem ex fide, quod tunc eciam[42] habitus corporalis vel ritus, quem ipsi observant, est impertinens tali fratri, nec scit aliquis, utrum in toto ordine suo sit aliquis talis frater, et ecclesia militans foret plena illusionibus et mendaciis horum fratrum.

CAP. II.[1]

‖ Sed ut materia ista sit nocior et fundacio modo loquendi ‖ *C fol. 149b* stabilior, suppono, quod ordo vel status ad propositum accipiatur pro disposicione active[2] serviendi[3] deo personis pluribus limitata. Sic enim dicitur, quod dampnati sine ordine puniuntur. Et religio est obligacio,[4] qua mediate persone in tali statu vel ordine religantur.[a] Religio autem privata est religio, preter religionem domini, expressam[5] in ewangelio, adinventa[6] et ista privatur laudacione,[7] fundacione laudabili,[b] cum Paulus ipsam respuit ut peccatum, ut patet I Cor. 1 et 3.[8c] Et sic omnis privata religio sapit ut sic imperfeccionem et peccatum, quo homo indisponitur ad libere deo serviendum.[d]

Unde cuncti patroni istorum ordinum ut sic peccaverant, licet

---

CAP. II. [a] *W. here follows the etymology of Lactantius, Inst. IV, 28: nomen religionis a vinculo pietatis deductum est, quod hominem sibi deus religavit et pietate obstrinxit; cp. also Cicero, De Nat. Deor. II, 28* [b] *cp. below De Relig. priv. I cap. I commencement. This passage was considered heretical in a letter of the University of Oxford addressed to the Archbishop of Canterbury in 1412, cp. Wilkins, Conc. M. Brit. (edition of 1737) III, 344* [c] *I Cor. 10—13; 3, 4—6* [d] *this passages also was looked upon as heretical, cp. Wilkins, ibid.*

---

[40] peccato *CE,β¹ in mar.* preco *D* precio *β* [41] numquid *CDEβ* nec *E¹ in mar.* [42] eciam *Cβ,E¹ in mar.* *om. ED*

CAP. II. [1] Capm 2m *D,C in mar.* 2 *E²* *om. β* [2] active *CDβ* activa *E* [3] *in β is add. in mar.:* Ordo quid est *β¹* *in D:* Ordo vel status *D¹* [4] *in β is add. in mar.:* Religio quid est *β¹* *in D is add. above the col.:* Religio privata quid est et quid sapit *D¹* [5] expressam *D* expressa *CEβ* [6] adinventa *CDβ* adventa *E* [7] laudacione *CDβ* *om. EF* [8] 1 & 3 *Dβ* 1 & 2o *C* 2 & 3o *EF*

sti ordines faciant occasionaliter multa bona[e]; nec repugnat, quod multe persone istorum ordinum, que prius graviter peccaverunt,[9] ex dei gracia et contricione salutem et beatitudinem postmodum consequantur,[10] manent tamen ut in[11] istis ordinibus illibertati[12] et indispositi ad promerendum, sicut viri apostolici in ordine cristiano simplici fundati,[13] licet[14] tales pedice adinvente prosint[15] per accidens ad peccata aliqua precavenda, sic, quod tales adinvenciones in aliquo excedunt lapsum a religione simplici[16] cristiana. Et in aliquo lapsus ille est prestancior vel minus[17] malus quam religiones huiusmodi adinvente. Et si allegentur patroni moderni, qui et sancte vixerunt et modo canonizantur, tamquam in triumphante ecclesia membra ecclesie nobilia et beata, dicitur probabiliter ut sepe superius,[f] quod isti canonizati longe aliter vixerunt in ordine simplici cristiano, quam vivunt hodie filii eorum ab eis degenerantes, qui sunt cum[18] signis sensibilibus desponsati.

Unde Benedictus[19] precipuus inter monachos dicit, quod ordo eorum est idem in numero cum sanctis, qui erant in Ierusalem, quibus apostolus[20] a deo suffragatur.[g] Et[21] quoad canonicos dicit Petrus Comestor,[h] quod ordo canonicorum est idem cum eorundem

---

[e] *cp. Wilkins, ibid. III, 344* [f] *with reference to this, cp. a similar idea above De nova Praev. Mand. p. 144; also p. 304* [g] *cp. Act. 1, 24—26* [h] *Petrus Comestor is the author of the Historia Scolastica (printed in Paris 1513), an abridgement of the Bible History from the creation down to the end of the Acts of the Apostles, and very popular in the Middle Ages. De Lyra very frequently quotes from the book. It was very much used in the great theological schools of the time like the Sentences of Petrus Lombardus. Petrus Comestor was a priest, later a dean of Troyes in the twelfth century, in 1164 chancellor of the University of Paris and is said to have written his Historia in the year 1171, 'at the urgent entreaty of many friends in*

---

[9] peccaverunt *CDβ* peccaverant *Eβ¹ (from corr.* unt*)* [10] consequantur *CDE* consequatur *β* [11] in *CDβ* sic in *E* [12] illibertati *CD* illibati *β, but in mar.* illiberati *β¹* illi beati *(?) E* [13] fundati *C (?), E¹ in mar. om. EβD* [14] licet *CDβ* sed tales *(cr. out & ud.)* sed *E* [15] prosint *CDβ* prosunt *E* [16] simplici *CDβ,E¹ in mar. om. E* [17] minus *CDβ* unus *E* [18] cum *CE* de *(cr. out & ud.) D* quasi *cr. out, above it by the texthand* cum *β* [19] Benedictus *CEβ* Bernhardus *D* [20] apostolus *CEβ* a populis *(?* apostolis) *D* [21] *here in β the old hand sets in again, cp. cap. I n. 35*

sanctorum Ierusalem, et sic variacio in vestibus vel aliis ritibus sensibilibus non fecit substancialem differenciam in ordine quoad illos. Et sic omnes monachi ac[22] canonici, albi vel nigri,[k] dicebantur[23] eiusdem ordinis simplicis cristiani, sic quod non fuerunt[24] cum signis sensibilibus tamquam substanciali differencia ordinis desponsati, quia sic ordines alborum monachorum et nigrorum differrent[25] specifice, et sic quotquot monachi sive canonici albi vel nigri laudabiliter hic vixerunt, signa talia sensibilia preter suum ordinem tamquam adventicia decreverunt.

Et sic debet esse de cunctis fratribus cum vocatis religiosis possessionatis, cum secularibus de ordine simplici cristiano. Nichil enim blasphemius quam imponere deo, quod sit aliquid[26] latentis numinis[27] in istis signis sensibilibus modo, quo hodie sompniantur, ideo nichil istis privatis ordinibus et sanctis patronis[28] prioribus, qui aliquid consuetudinis hodierne accidentaliter servaverint,[29] quod ordo privatus habeat.[30]

Limitando ergo illos novellos ordines ad sensum expositum, videtur luce clarius, quod[31] infinitum sit cristiana || religio perfeccior, || *C fol. 150a* quam sint ille, cum sub non gradu sint religiones iste intelligendo simpliciter negative.

Probatur sic: quilibet intrans[32] religionem cristianam ut sic

---

order to elucidate the too brief and obscure narrative of Holy Scripture.' At last, he retired into the monastery of St. Victor, where he died in 1179 leaving all his property to the poor. On his tomb the following inscription is said to have been written;

Petrus eram, quem Petra tegit, dictusque Comestor
Nunc comedor. Vivus docui, nec cesso docere
Mortuus, ut dicat, qui me videt intumulatum:
Quod sumus, iste fuit; erimus quandoque, quod hic est.

He is the 'Mangiadore' of Dante, Parad. XII, 134 [k] *i. e. Franciscans and Dominicans*

---

[22] ac *CE* atque *Dβ* [23] dicebantur *CDβ, in E is add.* bantur *in mar., referring to* dice *of the text* [24] fuerunt *CDβ* fuerint *E* [25] different *CDβ* differunt *E* [26] aliquid *CDβ (?)* aliud *E* [27] numinis $C^1 F^1$ *in mar.* minimis *EFβ, in C there is a blank space* minis *(?* nimis) *D* [28] patr. *CDβ* privatis patr. *E* [29] servaverint *CE* servaverit *Dβ* [30] quod or. pr. h. *C,* E^1 *in mar.* *om. EDβ* [31] quod *CDβ,* E^1 *in mar.* *om. E* [32] intrans *CEβ* intrando *D*

vestitur gradu,[33] sed quilibet religiosus talis privati ordinis ut intrans[34] illum infinitum[35] indisponitur, quoad bonum gracie sic ccepti, sic quod infinitum distat in disposicione sua operativa,[36] quam habet ut talis ordinis a disposicione, quam habet fidelis ut proprie cristianus. Nam ut sic habet fidem catholice[37] informatam. Ideo secundum Augustinum et Chrysostomum multi sunt[38] false et nominetenus[39] solummodo cristiani, cum non sunt[40] proprie cristiani, nisi imitantur Cristum in moribus et in vita. Et idem senciendum est de membris sancte matris ecclesie, ut docet Augustinus de[41] Doctrina Cristiana lib.[42] III de septem regulis Tygonii, dicens,[l] quod[43] presciti numquam fuerunt[44] membra corporis domini, quod est sancta mater ecclesia. Ipsa enim per signum nobis incognitum ut graciam predestinantis,[45] que est caritas, que non potest excidere, et vestis nupcialis, per quam intratur ad[46] patriam, distingwitur ab ecclesia malignancium.

Sic enim loquebantur sancti et scioli de ecclesia sponsa Cristi. Non enim presciencia dei eterna permittit, quod fiat divorcium inter Cristum et ecclesiam, sponsam suam, cum eternaliter elegit atque disposuit,[47] cum quibus membris voluit desponsari, et illa membra elegit ante mundi constitucionem, ut dicunt Petrus et

[l] *cp. Augustin. Opp. P. I tom. III De Doctr. christ. cap. XXXI, p. 58: quia non solum in aeternum, verum etiam nunc hypocritae non cum illo esse dicendi sunt, quamvis in eius esse videantur ecclesia; cap. XXXVII p. 63: in ista novissima (i. e. regula) aliquando in diabolum dicitur, quod non ipso, sed potius in eius corpore possit agnosci, quod habet non solum in eis, qui manifestissime foris sunt, sed in eis etiam, qui cum ad ipsum pertineant, tamen ad tempus miscentur ecclesiae, donec unusquisque de hac vita exeat vel a frumento palea ventilabro ultimo separetur, cp. Luke 3, 17*

[33] gradu *CDβ* gradu *E* (du *ud. and above* gra *a compendium by* E^1, *therefore*) gracia E^1 [34] int. *CDβ* sic int. *E* [35] infinitum *CDβ* infinite *E* [36] operativa *CE* optima *Dβ* [37] catholice *C(?),DEβ* caritate E^1 *in mar.* [38] sunt *CDβ* sunt sunt *E* [39] nominetenus *CDβ* nominotenus *E* [40] sunt *CDβ* sint *E* [41] de *C* 3o de *EβD* [42] libro *CDβ* capitulo *E* [43] quod *CEβ* quoniam *D* quando D^1 *in mar.* [44] fuerunt *Cβ* fuerint *DE* [45] predestinantis *C* predestinacionis *Eβ* predestinatis *D* [46] ad *CDβ* in *E* [47] disposuit *in E corr. from* disponit *by* E^1

Paulus[m] et per consequens divinitus eleccione, que cassari non poterit et finiri,[48] sicut predestinacio non potest interimi.

Si autem coacti sunt homines per anticristum concedere, quod quicunque prelati ecclesie, qui de facto sub[49] ecclesia malignancium sunt, sancta mater ecclesia, sponsa Cristi, equivocatur[50] infideliter in fide,[51] et per idem anticristus posset cogere homines totaliter a fide Cristi excidere.[52] Verum est enim, quod Cristus elegit humanitus, sed non divinitus tamquam apostolum dyabolum illum Scarioth, ut dicit ewangelium Iohannis[n]: nonne duodecim vos elegi, et unus ex vobis dyabolus est. Sed iste Scarioth, qui non eligebatur divinitus neque[53] humanitus, ut sit membrum sancte matris ecclesie, semper non habuit graciam predestinacionis, que est caracter, quo oportet omnia membra sancte matris ecclesie insigniri. Et patet conclusio supradicta.

Et hic erubescerent nostri privati ordines blasphemantes, quod eo ipso, quo quis ingreditur[54] eorum ordinem,[55] vestitur corporali[56] habitu, quem taliter solempnizant, deleretur[57] omne peccatum suum preteritum[58] et nova gracia informatur. Hoc enim non contingit regulariter de statu apostolico, ut patet de Scarioth. Unde anticristus in hoc extollitur false super Cristum, cum non plus propter inducionem[59] sui corporalis habitus sit istud miraculum, quam si quis indueret arma vel habitum militarem. Status enim militaris est statu istorum privatorum ordinum plus laudabilis ex scriptura,[o] verum tamen eo ipso, quo quis accipit statum sacerdocii sive episcopatus aut ordinis militaris, oportet dominum[60] ipsum tali miraculo illustrare.

---

[m] *cp. Rom. 8, 29—30* [n] *cp. John 6, 70* [o] *vgl. Trial. 364: patet, quod ordo militaris sit hoc ordine fratrum mendicantium excellentior, longe perfectior atque prior*

---

[48] finiri *in E nearly illegible* [49] sub *C* sunt *DEβ* [50] equivocatur *CDβ* equivocantur *E* [51] *in D is add. in mar.:* Nota bene, ecclesia malignancium sunt*(?)* sancta mater ecclesia, sponsa Cristi, infideliter *D*[3] [52] excidere *CDβ* excedere *E* [53] neque *CDβ* nec *E* [54] ingr. *CE* eorum ing. *Dβ* [55] eorum ordinem *E* *om. CDβ* [56] corporali *CDβ* corpali *E* [57] deleretur *C* deletur *DEβ* [58] preteritum *in E not quite clear* (patratum?) [59] inducionem *C* induicionem *E* inducionem *Dβ* [60] dominum *C* deum *E* domini *D,β (?)*

Et si obicitur, quod talis prelatus ecclesie debet membrum ecclesie reputari, cum Ioseph secundum ewangelium fuit pater domini putativus,[p] dicitur, quod obiectus iste implicat, talem prelatum cesareum esse false membrum ecclesie reputandum. — Quod[61] cum || *C fol. 150b* ||sit falsum eo, quod debet credi operibus, quibus sacerdos sequitur dominum Iesum Cristum, videtur michi, quod peccatum est, reputare talem caput particularis ecclesie vel membrum sancte matris ecclesie, nisi forte equivocetur, quod sit membrum ecclesie[62] malignancium.

Et quantum ad istud dictum allegatum de Ioseph certum est,[63] quod fuit pater putativus Cristi, ut dicit ewangelium,[p] et non secundum falsam reputacionem, sed secundum curam et denominacionem, qua spiritus sanctus denominat ipsum patrem.

CAP. III.[1]

Ex istis dictis potest colligi, si vera sunt, que narrantur[2] de istis duobus papis,[a] qui concedunt viriliter defendentibus partem suam, quod religio, quam ipsi in hoc instituunt, excedit in bonitate religionem Cristi et religiones quascunque privatas per novos patronos post religionem Cristi in ecclesiam introductas. Dicitur enim, quod uterque istorum paparum concedit suis militibus plenam absolucionem a pena et a culpa,[b] et quod quicunque aliquem virum quantumcunque ecclesiasticum impedierit,[c] papa[3] ipsum excommunicat eo ipso. Et de quibuscunque regnis licet curato percipere fructus sui beneficii ex integro, ac si frater ille ewangelice resideret.

Nec dubium, quin, si hoc sit verum, a mundi exordio non fuit maius seminarium discordie et bellorum.

---

[p] *cp. Luke 3, 23: Jesus erat — ut putabatur, filius Joseph etc.*

CAP. III. [a] *Clement VII. and Urban VI.* [b] *cp. Walsingham, H. A. II, 72—73* [c] *cp. Wilkins, Conc. M. Br. III, 177—178, Walsingham II, 75*

---

[61] obiect.— reput. quod *CDEβ, F[1] in mar. om. E* [62] nisi f.— ecclesie *CDEβ, F[1] in mar. om. F* [63] est *CDβ,E[1] in mar. om. E*

CAP. III. [1] Cap. 3m *C* 3 *E[2]* cap. III *D om. β* [2] narrantur *CEβ* variantur *D* [3] papa *Dβ* papam *CE*

Fratres autem et doctores precipue ex consensu suorum ordinum istam blasphemiam populo preconisant.

Ex istis videtur primo probabiliter inferendum, quod quilibet homo de ecclesia nostra occidua habet bullatam licenciam ad fratrem suum corporaliter occidendum.[4] Probatur sic: multi sunt in regnis occiduis, quorum quidam uni illorum paparum consenciunt atque favent et aliqui reliquo,[5] ut experiencia manifestat, sed quemcunque talem licet sic occidere et mereri beatitudinem, ut contrarie licencie istud dicunt, ergo conclusio.[6]

Sicut enim licet episcopo Norvicensi[d] invadere regnum Francie et alia[7] quecunque Urbano nostro[8] contraria et hoc sub obtentu beatitudinis, sic dicitur cuidam prelato de Scocia esse concessam potenciam ampliorem, invadere regnum nostrum et quamcunque[9] personam, que tenuerit cum Urbano.[e]

Secundo videtur ex bullis hiis putridis tam false contrariis sibi ipsis, quod quilibet in cristianismo nostro habitans tenetur sub pena dampnacionis occidere fratrem suum. Illi enim, qui habent corporalem potenciam tenentur, velle sic invadere aliquem fratrem suum, cum aliter exciderent a spirituali suffragio repromisso,[10] quod foret delictum maximum omissionis, ut patet ex dictis bullis, faciliter inferendum. Et cum iuxta beatum Iohannem omnis, qui odit fratrem suum, homicida est,[f] patet ex bullis predictis, quomodo[11] quilibet de cristianismo[12] nostro tenetur occidere fratrem suum.

---

[d] *By a papal bull (cp. Walsingham II, 72 ff.) Henry Le Spenser, Bishop of Norwich had been put at the head of the Crusaders, who fought against Clement VII., cp. Knighton, X Script. 2672* [e] *So far I can discover, a notice explaining this is not to be found in the cotemporary chronicles. Walsingham, Knighton and the Ypodigma Neustriae speak only of political complications which had taken place between Richard II. and Scotland* [f] *cp. I John 3, 15*

---

[4] occidendum *CDβ* occidendo *E* [5] reliquo *CDβ* aliquo *E* [6] ergo conclusio *CDβ* igitur consequencia vera *E* [7] alia *Dβ* aliam *CE* [8] nostro *Dβ* nostra *CE* [9] quamcunque *DEβ* quantumcunque *C* [10] repromisso *CEβ* repromissio *D* [11] quomodo *DEβ* quod *(ud.) C, then* quom. *after* quilibet, *but transposed by marks into its right place* [12] cristianismo *CDβ* cristianissimo *E*

Tenetur enim odire quemcunque, qui est contrarius pape suo, et multi sunt tales fratres in mundo. Ergo conclusio.

Nec dubium, quin deus non potest copulatim licenciam talem expressam[13] in bullis concedere, cum alter illorum vel uterque licenciat[14] satis implicite hominem alteri invidere. Unde numquam ex lege nova vel veteri fundari potest, quod quicunque homines, eciam episcopi, tantum mereantur ad fratres suos in natura taliter occidendo, cum Cristus rogavit[15] hostes suos, quia, si ipsum || *C fol. 151a* quererent, sinerent[16] hos || abire,[17] Ioh. 18.[g]

Isti ergo[18] pape e contra precipiunt sub obtentu beatitudinis, quod si pars adversa ipsum vel ipsos[19] quesierint,[20] quod sinant[21] ipsum papam abire liberum et omnino suum adversarium, vel adversarios non sinant[21] abire liberos, sed occidant. — Ubi ergo est ista regula cristiana, quod homo debet inimicos suos[22] diligere, sicut Cristus in articulo capcionis sue querit de Scarioth: amice, ad quid venisti?

Scrutetur ergo cristianus condiciones sedecim caritatis[h], quas notat apostolus I. Cor. 13,[i] et videbit manifeste, quod uterque istorum paparum cum suis complicibus sit in invidia opposita caritati. Si enim homo debet[23] regulariter[24] diligere melius in natura et utraque communitas[25] sibi contraria est et nulla[26] melius et[27] evidenter melior in moribus tali papi, quomodo ergo stat caritas in papa, qui precipit tam attente unam communitatem reliquam occidere, specialiter cum a probabili communitas sua ad magnum dampnum tam corporis quam anime occidetur? Ubi ergo est verbum istud sancti Moysi, Exod. 32[28][k]: aut dimitte populo huic noxam

---

[g] *v. 8* [h] *as to this, cp. Suppl. Trial. p. 439 ff.* [i] *v. 4—8* [k] *v. 10*

---

[13] expressam *β* expressum *CDE* [14] licenciat *CDβ* liceat *E* [15] rogavit *CEβ* rogaverit *D* [16] sinerent *F* sinirent *CDEβ* [17] *in D is add. below the col.:* Cristus cum quesitus fuit fecit sinere abire [18] ergo *CDβ* autem *E* [19] ipsum vel ipsos *CDβ* ipsos vel ipsum *E* [20] quesierint *CDβ* quesierunt *E* [21] sinant *CDβ* sentenciat *E* [22] i. s. *CDβ* s. i. *E* [23] h. d. *CDβ* d. h. *E* [24] regulariter *CEβ* naturaliter *DF,E¹ in mar.* [25] comm. *CEβ* caritas *(ud.)* comm. *D* [26] nulla *CDEβ* natura *E¹ in mar.* [27] et *CDβ* vel *E* [28] Exod. *D, above it* 32, *both figures on an erasure* cc *(in red ink)* *β²* *blank space CE*

hanc, aut dele me de libro vite, in quo me scripsisti, propter quod dicitur a vindicta manuum[29] domini tenuisse,[30] et hinc deus dixit sibi[l]: dimitte me, ut irascatur furor meus. Et sic Paulus cupiebat anathema esse pro fratribus. Ymo, Cristus, caput ecclesie, voluit torqueri atrocissime et occidi pro hominibus tunc inimicis[31] salvandis tam corpore quam anima, ut fides ewangelii clare docet.

Quomodo ergo secuntur isti pape Cristum in moribus, cuius se dicunt vicarios, tantum in donis[32] tam corporalibus quam spiritualibus[33] excellentes?

Revera videtur, quod venenum dyaboli nimis diu inclusum in sto capite ex graciosa vindicta dei tamquam virulencia[34] in ulcere est diruptum. Et cum dyabolus ex subtilitate sue cautele subdole facit homines tam perplexos, quod vix est regnum occiduam, in quo secundum partes multas et magnas non habeat quoad unum papam vel alium[35] aliquos adiutores — ad tantum enim cecavit seculares dominos per suos discipulos anticristos, quod reputarent fidelem clericum, qui diceret sentenciam ewangelicam in hac parte, esse summum hereticum a prelatis et toto populo occidendum — ideo, si non fallor, a mundi principio usque nunc non fuit fidelibus ewangelizantibus[36] maius periculum, quam est nunc in isto meridiano demonio[l] sic regnante. Nunc enim tam clerus quam seculares domini seducti reputabant,[37] talem esse hereticum, et sic in suo iudicio tam corpore quam anima condempnabunt. Sed ubi fuit tam gravis persecucio in istis tribus periculis antedictis? Sed tamen certus sum ex fide, quod ve istis cristianis, quibus deus dedit noticiam fidei in ista materia, et imminente tanto periculo obmutescunt.

Bene[38][m] autem videtur Iudeis et Grecis fidelibus, qui indifferenter istos papas respiciunt vel contemptibiliter tamquam precipuos anticristos.

---

[l] *with ref. to this, cp. the Tract of this name, p. 417 ff.; as to the phrase mer. daem., cp. Ps. 91, 6* [m] *the* bene *corresponds to the* ve *which is preceding*

---

[29] manuum *CDE*[1] manum *β* *om. E* [30] propter quod — tenuisse *CDβ,E*[1] *with mark of ref. above the col. om. E* [31] inimisci *CDE* ininicis *β* [32] donis *D,E*[1] *in mar.* domis *Cβ* dampnis *E* [33] spiritualibus *Cβ,E*[1] *in mar.* anime *ED* [34] virulencia *CDE* virulenti *β* [35] alium *CDE* alios *β* [36] ewangelizantibus *CDβ* ewangelibus *E* [37] reputabant *CE* reputabunt *Dβ* [38] bene *CE* unde *Dβ*

Tercio videtur tamquam probabile, regna debere omnes hos quatuor ordines fratrum compellere, ut de regnis exeant ad patrem suum precipuum, scilicet papam[39] sub obtentu tanti premii adiuvandum.

Pro cuius declaracione suppono, quod fratres precipui istorum ordinum sentenciam sui pape approbant et confirmant, ymo cum diligencia sentenciam istam pape[40] preconisant; vel ergo || *C fol. 151b* dicant[41] istam || sentenciam tamquam[42] veram, vel tamquam falsam vel fictam sub obtentu premii temporalis, si isto[43] secundo modo debent tamquam proditores falsissimi tam corporis quam anime a regnis, que incolunt, exulare; leviores enim proditores in regnis racionabiliter sunt occisi.

Si primo modo dicant, necessitantur[44] concedere, quod quicunque fratres cuiuscunque etatis vel status fuerint, tenentur[45] sub obtentu beatitudinis ad finem, quem ex bullis pape exprimunt, totis viribus properare. Nulla enim excusacio vel racio[46] tardaret aliquem fratrem ad istud negocium dimittendum, quia nec preceptum divinum[47] nec sua nova religio vel occupacio melior, quam habere poterit isto officio pretermisso. Nam cum papa uterque dicit, quod deus precipit, sicut suis complicibus ipse dictat, et in deo non potest esse contradiccio, uterque istorum paparum tenetur concedere, quod deus precipit, sicut ipse promulgat, sue ecclesie faciendum. Nec ordo suus obstaret, cum eo ipso excommunicantur a papa taliter demandante, et nimis ceca foret stulticia ordinem tam sanctum dimittere et in suo merdoso ordine residere.

Deus enim et per consequens patroni novorum ordinum non possent meliorem ordinem stabilire, quia, ut dicitur, eo ipso, quo quis laborat sedule in tali negocio, est plenarie absolutus et per consequens sine timore dampnacionis pro suo tempore est beatus. Sed nec ordo apostolicus nec alius novellus vel hucusque nomina-

---

[39] pa. *CDβ* ad pa. *E* [40] pape *CDβ* populo *E* [41] dicant *CDβ* dicunt *E* [42] tam. *CDEβ* vel *E*[1] *in mar. with mark of ref. to* tam. (*F reads* sent. veram vel tamquam falsam vel fi. *etc.*) [43] si isto *CDE* sed (ed *cr. out, above it* i *by texthand*) *β* [44] necessitantur *CDβ* necessitanter *E* [45] tenentur *CDE* teneantur (a *cr. out & ud. by texthand*) *β* [46] ex. v. r. *CDE* r. v. e. *β* [47] divinum *C,E*[1] *in mar.* domini *DEβ*

bilis[48] fuit[49] tali privilegio insignitus. Non ergo degenerat, qui relinquit[50] suum antiquum ordinem et in isto ordine tam egregio elaborat, nec etas vel status aliquis personalis excusaret fratrem ab execucione[51] istius negocii patris[52] sui, cum ipso existente potente et valido suus exitus promoveret et ipso existente[53] impotente in corpore suum consilium, sua[54] oracio vel[55] sua volicio adiuvaret.

Sic enim dicitur, quosdam milites plus[56] quam octogenarios ex fratrum consilio velle in isto negocio laborare. Non enim possunt fratres patencius ostendere, se false loqui et proditorie populo,[57] cui istam sentenciam sic declarant, quasi[58] ab execucione istius negocii in regnis, que incolunt, expectare.

CAP. IV.[1]

Ex ista conclusione tercia inferri poterit evidenter, quod duplex[2] pater[3] istarum fratrum, scilicet dyabolus et papa,[4] ipsos necessitat exire regna et provincias et deserta loca incolere,[5] sicut olym. Nam manifeste produnt populo hereses regnorum specialiter destructivas; nam manifestum destructivum[6] est fidei regnorum credere alterum[7] istorum tam contrarie Cristo viventem esse immediatum vicarium eius a deo principaliter constitutum[8] et caput sancte matris ecclesie militantis. Hoc enim esset blasphemare in deum et credere, Cristum esse virum plus reprobum. Sed quid nocivius proditore regnorum, quam fidem, fundamentum virtutum, tam letanter destruere!

---

[48] nominabilis *CDβ* nominalis *E* [49] fuit *CEβ* fuerit *D* [50] relinquit *CD* reliquit *E* rel|in|quit *(sic) β* [51] execucione *CDβ* execucionem *E* [52] n. p. *CDEβ* quam *E*[1] *in mar. with mark of ref. to* patris [53] existente *DEβ*, *C*[1] *in mar. blank space C* [54] sua *CDβ* vel sua *E* [55] vel *CDβ* vel sua oracio *(cr. out & ud.)* et *E* [56] plus *CDE* *om. β* [57] pr. po. *CEβ* po. pr. *D* [58] quasi *CDβ* quam *E*

CAP. IV. [1] cap. 4m *C in mar.* Cam IIII *D* 4 *E*[2] *om. β* [2] duplex *CD* dupx *(the* p *cr. out, therefore* dux) *β* dux *E* [3] pater *CDE* *om. β* [4] papa *CDβ* papas *E* [5] incolere *CEβ* in colore *D* [6] destructivum *CDβ* destructum *E* [7] alterum *CDE* alterutrum *β* [8] constitutum *DEβ* institutum (in *ud., above it* con) *C*

In cuius signum maior pars fratrum tenens cum Roberto Gilbonensi[a] asserit fratribus nostris contrarium, et neuter illorum fundatur in evidencia vel scriptura, sed caute divisa membra dyaboli patenter indicant, quod referunt[9] ista fidelibus non propter fidem rutilantem in dictis, sed quia credunt per[10] hoc plus placere regnicolis. Unde probabiliter creditur, quod eorum altero[11] quoad seculum prevalente tenerent partem reliqui, quem[12] antea adeo detestati, et supra istam infidelitatem, quam cum aliis in regnis seminant, ipsi fratres in persona sua multipliciter regna depauperant et procurant, ut ad defensionem pape, quem[13] nominetenus approbant, ‖ populus a pecunia et personis in pugna validis[14] spolietur. Et ista est prodicio satis sensibilis eciam politicis, qui plus attendunt bonorum sensibilium regni gravedinem, quam eciam ipsam fidem et cum hoc, ubi Iesus cepit facere et docere, istorum pseudofratrum subtraccio ab illo, quod fingunt se credere, movet regnicolis ab istis pseudofratribus discredendum.

‖ *C fol. 152a*

Cum ergo membra dyaboli fidelibus viantibus onerosa debent sagaci prudencia exstirpari, patet ex facto multiplici horum fratrum, quomodo ipsis nolentibus a regno discedere ad hoc racionabiliter debent cogi. Nec valet[15] horum fratrum simialis argucia, qua probant, quod hoc factum istorum pseudopaparum sit licitum. Sic inquiunt: pugna fuit sepe exemplata propter causam consimilem in veteri testamento, quare ergo non in novo, cum neutra pars recognoscit superiorem, cuius iudicio foret racionabiliter standum? Aliquam ergo medelam[16] oportet ponere in ecclesia militante et non temptando deum singulariter suum auxilium expectare.

Ad tales multas merdosas[17] argucias, infideliter proclamatas, dicitur istis simiis, quod in veteri testamento non fuit licitum po-

---

CAP. IV. [a] *Cardinal-Bishop Robert of Cambray, Count of Geneve, by the name of Clement VII. Antipope to Urban VI.*

---

[9] referunt *CDβ* deferunt *E* [10] per *CE* in *Dβ* [11] altero *CE* altera *D* alter *β* [12] quem *Cβ* quam *DE* [13] quem *CDβ* quam *E* [14] in pu. va. *CDβ* va. in pu. *E* [15] valet *CDβ* videt *E* [16] medelam *CDβE* melodiam E^1 *in mar.* [17] merdosas *Dβ* mardosas *C* mendosas E^1, *but* E^1 *in mar.* mer

pulo dei pugnare nisi contra infideles[18] et sic in causa dei contra personam vel populum leges[19] et swasiones[20] domini refutantem.

Unde si alter[21] istorum expugnari debeat, per locum a simili facto eorum supposito eciam uterque.[22] Non enim sequitur, si[23] Moyses descendens de monte occiderit[24] multa milia Israelis propter commissam ydolatriam, dicendo in fine Exodi 32[b]: hodie sanctificastis manus vestras, ergo per idem licet populo ex monitis unius istorum, quem[25] reputant[26] esse membrum domini licet false, occidere populum sibi contrarium, cum causa sit adeo[27] contraria,[28] mandans vel consulens, adeo carens auctoritate divina, et causa tantum[29] a fide extranea. Ponant ergo fratres, alterum istorum esse deum, et fidem ecclesie, quod debet credi in ipsum latria adorandum, tunc per locum a sufficienti similitudine taliter[30] monerent[31] populum. Ideo attenderent, si Cristus pro evitanda sua persecucione pontificum legis veteris fuit[32] taliter machinatus, et tunc per locum a sufficienti similitudine possent pro tempore legis gracie succedente pugna[33] in romanis pontificibus swadere. Sed non capitur efficax similitudo in rege nostro pacifico, nec causa pugne hominis tanta subest.

Fuit enim fides, quod Cristus sit caput ecclesie ab hominibus adorandus, sed non est fides ecclesie, quod alter istorum sit membrum sponse Cristi, nec ex vita eorum est verisimilis coniectura. Cristus enim legitur quoad humanitatem suam passus omnes iniurias, sed quoad divinitatem in tempore utriusque legis cum castigacione racionabili populum moderasse, sed numquam in causa sue humanitatis se ipsum de hostibus vindicasse.

---

[b] *v.* 29

---

[18] *in D is add. in mar.:* Non fuit licitum pugnare nisi in causa dei contra infideles D^1 [19] leges *C*β legis *ED* [20] suasiones *CD*β suasionem *E, but above the* m *an* s *by* E^1 [21] alter *CD*β aliter *E* [22] uterque *D*β utroque *CE* [23] si *CD*β sed *E* [24] occiderit *CDE* occiderat β [25] *from here on in* β *a new hand differing a little from the former sets in, cp. cap. II note* 21 [26] reputant *CE* reputat *D*β [27] s. a. *CD*β a. s. *E* [28] cum ca. s. a. con. *CDE*β *om. F* [29] causatantum *CD*β causatum *(?) E* [30] taliter *CE* *om. D*β [31] monerent *CD*β moneret *E* [32] fuit *CDE* fuerit β [33] pugna *CE*β pugnam *D*

Unde quoad evidenciam captam, quod medicina sufficiens ad vindicandum istam iniuriam sit posita in ecclesia militanti,[34] concedi debet conclusio, cum episcòpus animarum, dominus Iesus Cristus, semper astat ad interpellandum pro sua ecclesia militante, et lex sua docet ex fide, quod vicarius suus specialiter debet execucionem talem dimittere et se esse indignum ad vicariam Cristi humiliter || C fol. 152[b] reputare. Et maius inconveniens, || quod sequitur[35] ex istis, foret, quod ecclesia ad statum apostolicum, quem Cristus instituit sine pompa cleri[36] cesarea, rediret. Sed felix conclusio ista[37] sequens, et sic uterque istorum cognosceret Iesum iudicem suum superiorem, cuius iudicio stabit eciam[38] invitus,[39] sicut quilibet mundo potens.

Ideo idem esset in istam blasphemiam balbutire et negare fidem legis domini, vel quod Cristus Iesus deus et homo sit prelatis istis superior, quem oportet finaliter utrumque iudicare. Medicina ergo tacta superius[c] et populo intimanda foret utrique istorum ex vita sua et factis discedere atque fidem ponere in domino Iesu Cristo et neutri istorum in causa ista consentire opere vel consensu, cum Cristus precipit Matth. 24[d] vel in causa ista vel sibi simillima[40] pertinente: nolite credere nec abire. Et dictum istud Cristi excellit omnia dicta fratrum in ista materia assequenda.[41]

Sicut enim nullus fidelis viator debet se in pugna dyaboli commiscere, sic nec in pugna ista, nisi forte vitatur,[42] quod talis preeminencia dominativa a Cristi ecclesia destruatur. Ad hoc enim consulerem fideles quomodolibet[43] laborare, cum sit in scriptura fundabile et multas venenosas blasphemias[44] destrueret de ecclesia militante. Sed quia persecucio et horrenda occisio imminet sic dicenti, ideo cum oracione[45] humili disponamus nos ad martirium,[46]

---

[c] *cp. above p. 461* [d] *v. 23; 26*

---

[34] militanti *CE* militante *Dβ* [35] sequitur *CE* sequeretur *Dβ* [36] cleri *CDβ* tali *EF* [37] c. i. *CDβ* i. c. *E* [38] st. ec. *CDE* e. st. *β* [39] invitus *E* invictus *β* invitus *C, but between* vi *and* t *a* c, *above* us *an* a *is add. (therefore* invicta) invicta *D* [40] simillima *C* simili *E* similia *Dβ* [41] assequenda *CD* asserenda *Eβ* [42] vitatur *CEβ* vincatur *D* [43] quomodolibet *CDβ* quemlibet *E* [44] *in D is add. above the col.:* Leges novas plus appreciant quam leges Cristi *D*[1] [45] oracione *CDβ* racione *E* [46] martirium *CDβ* matrimonium *(?* magisterium) *E*

memores celestium premiorum. Et sic evadetur dei temptacio et recludetur fratrum preconisacio, quomodo sunt anticristi precones, sicut Baptista fuit in vita et opere preco Cristi. Nec scio excusare populum a ceca ignorancia, qua in verbis et factis fratrum taliter tenebratur. Et patet nuditas argucie simialis, qua concluditur, quod deprimens papam suum sit tamquam proditor suspendendus eo, quod falsarius monete, per quam quis cibum emeret, sit propter corporalem prodicionem[47] racionabiliter occidendus.

Nam uterque istorum paparum nec ostendit in vita sua cesaris[e] nostri ymaginem, nec docet frater vicarius talis pape, quin foret expedicius militanti ecclesie carere tali papa cesareo conformiter legi Cristi. Et conformiter dicitur ad omnes argucias, per quas pseudofratres sciunt in ista materia populum informare. Nam probacio atque responsio est patens fidelibus, sed cordata affeccio rara,[48] invenibilis, eo quod multorum caritas refrigescit.[49]

Et conformiter tractari et declarari potest tota materia capitalis anticristi.

Ex istis patere potest, quomodo un*(o)*[50] istorum pseudopaparum exstingwente reliquum, qualiter obediri[51] debet superstiti secundum formam ewangelii prius[f] dictam.[52]

CAP. V.[1]

Sed quia non claret ex predictis de perfeccione ordinis sive[2] status, notandum est, quod quecunque signa sensibilia sunt impertinencia statui virtutum, nisi de quanto viatores[3] facilitant ad opera virtuosa.[4]

Cristus enim, qui non est acceptor personarum, indifferenter

---

[e] *i. e. of Christ* [f] *cp. p. 465*

---

[47] prodicionem *Cβ* perdicionem *ED* [48] rara *CDβ* raro *E* [49] refrigescit *CEβ* refrigescet *D* [50] *the codd. read* unus [51] obediri *CDβ* obedire *E* [52] dictam *C* datam *DE* dictam etc. *β*

CAP. V. [1] Cam 5m *C* V *E*[2] *om. Dβ* [2] sive *CDE* sui *β* [3] viatores *CDE* viatorem *β* [4] *in D is add. in mar.:* Notandum est quod quecunque — virtuosa *(as the text runs) D*[1]

dat graciam quoad locum, quoad signum sensibile et quoad ritum, sed[5] oportet ex fide capere. Ideo omnes status vel ordines, quos patroni isti privati invenerant, nichil valent, nisi de quanto docetur ex fide vel racione, quod ipsos facilitant ad opera virtuosa.

Tria autem sunt, ex quibus videtur, quod ritus fratrum ipsum[6] || *C fol. 153a* in bene agilibus difficultant.[7] Primum est, || quod sine fundacione aggregant sibi globum in fratribus nec eciam ordine nec numero mensuratum.[a] Ex hoc enim necessitantur ecclesie esse onerosi,[b] fratres inhabiles ad ordinem suum recipere et indebite a pauperibus mendicare. Ubi, queso, est maior blasphemia,[8] quam iuvenem indiscretum a suis parentibus spoliare et sibi regulam ad sui interitum limitare? Non enim sciunt fratres, si complexioni et carismati, que deus tribuit tali iuveni, convenit specialis observancia, ad quam stringunt, cum uni conveniat unus modus et alii alius, secundum quod deus limitat sibi a suis fidelibus deserviri. Et si dicatur, quod cadit dispensacio prepositi cum tali indisposito ad observanciam huius ritus, consideret fidelis practicam, quomodo oportet ad dispensacionem talem curiam romanam sepe expetere[9] et habita[10] dispensacione communi[11] frater quantumcunque indigens non participabit illa nisi symoniace vel iocosis mendaciis vel mediis expresse illicitis.

Et hinc multi fratres propter talis ritus religanciam tam corporaliter quam spiritualiter moriuntur. Unde nec Cristus voluit nec suus apostolus ausus fuit regulam talem generalem signare[12] cuicunque homini sui ordinis observandam, quia eo ipso, quo quis in talem ordinem inductus[13] fuerit et deus disposuit sibi tam naturalia quam gratuita, secundum que wlt sibi extra talem statum deserviri, talis ordo expresse blasphemat in deum, ac sic dei ordi-

---

CAP. V. [a] *cp. Arnold, S. E. W I, 147; 296;* [b] *cp. ibid. 298*

---

[5] sed *CDβ* sicut *E* [6] ipsum *CDβ* ipsos *E* [7] *in D is add. in mar.:* Tria fratrem difficultant *D¹* [8] m. b. *CDE* b. m. *β* [9] expetere *CDβ* repetere *E* [10] hab. *in E corr. in the mar. by the texthand* [11] communi *Cβ,E (here corr. upon an erasure)* consequenti *D* [12] signare *CDβ* significare *E* [13] induc tus *E* indutus *CDβ*

nacionem ex cognicione[14] eterna divinitus regularet, sed que maior blasphemia?

Et breviter pensata racione legis domini de furto bovis eius vel[15] asini, quomodo debet fieri retribucio? Vel secundum leges gencium fur debet suspendi, secundum racionem patulam frater[16] sic furans puerum debet tantum vel amplius cruciari. Nec subest sibi fugiendi racio, nisi quia[17] lucrifaciat[18] spiritualiter puero et sic patri pueri vel tutori, sed cum non doceat, quod sic fingit plus quam furans bovem,[19] docet, quod exhonerat[20] et proficit possessori nec sic vel potest fide iussorem invenire, qui illud[21] spirituale lucrum patri vel puero testaretur, videtur secundum legem dei et racionem, quod talis fratrifactor[22] ex hoc racionabiliter punietur.

Si ergo talis phariseus seducens puerum facit eum occasionaliter filium gehenne modo, quo Cristus docet Matth. 23,[c] quanto magis debet puniri acrius ex sua presumpcione blasphema, cum ultra bovem vel asinum perdidit tam corpus quam animam fratris sui? Talis ergo blasphemus secundum legem veterem debet a toto populo lapidari.

Secundus ritus sensibilis, ad quem religiosi privati ex suo ordine obligantur, est tradicionum[23] suarum observancia[24] eciam ultra mandata decalogi vel consilia[25] domini Iesu Cristi. Et tradicio ista necessitat ipsos ypocritas infringere mandatum domini.[d] Nam quidquid in tradicionibus suis de novo instituunt, est[26] propter apparenciam religionis super alios, et cum signa ista sensibilia inficiant sanctitatem, patet, quod ut sic sunt ypocrite.

Quid enim, rogo, facit habitus corporalis, claustrum sensibile vel quecunque alia tradicio a fratribus adinventa? Revera nichil facit ad sanctitatem eorum, sed est ypocrisis sue manifestum iudi-

---

[c] *v. 15* [d] *cp. Wilkins, Conc. M. Brit. III, 344*

---

[14] cognicione *CDβ* cogitacione *E* [15] vel *CDβ* ac *E* [16] frater *CEβ* fur *D* [17] quia *CDβ* qui *E* [18] lucrifaciat *CE* lucrifacit *Dβ* [19] f. b. *CDβ* b. f. *E* [20] exonerat *CDβ* exhonerat (h *ud.*) *E* [21] illud *CE* istud *Dβ* [22] fratrifactor *CDβ* fratrifactor (factor *ud.*) *E*, *in mar. is add.* fur *E*[1] [23] tradicionum *CDβ* transdicionum *E* [24] *in D is add. in mar..:* Secundus *D*[1] *in β in mar.:* Tradiciones religiosorum *β*[1] [25] consilia *CE* consimilia *Dβ* [26] est *CDβ* et *E*

cium. Cum enim tam virtuose et tam edificatorie posset[27] vivere sine tali signo sensibili, ipsum nichil facit, si non ypocritice ostendat || *C fol. 153b* illusis sensibilibus,[28] || quod sicut signa ista habent propria, sic habent singulariter et excellenter propriam sanctitatem; quod cum sit falsum, patet ypocrisis.

Cum enim ypocrisis sit falsa simulacio sanctitatis,[29][e] patet, quod tota fratrum religio in[30] falsa simulacione huiusmodi est[31] fundata. Unde inter alia peccata videtur michi, quod ypocrisis est magis contraria domino Iesu Cristo. Nam directe opponitur veritati, que deus est, patule[32] docet artem mendacii, innititur[33] pervertendo ordinem divinum[34] ipsi illudere et ecclesiam per sophismata dyaboli defraudare.

Cum enim deus magis appreciatur sanctitatem in homine, patet, quod falsa eius simulacio tamquam magis sibi odibilis magis opponitur veritati, et cum false fingunt, se habere bonitatem moralem, a qua deficit, patet, quod toto studio dogmatizat artem mendacii.

Et quantum ad tercium[35] patet, quod ordo divinus exigit, quod sanctitas ab insensibili ad sensibile ordinatur, cum a deo, insensibili primo,[36] originatur[37] sanctitas in animum viatoris et ab ipso erumpat ad[38] opera sensibilia atque signa. Ypocrisis autem omnino pervertit ordinem hunc; ideo quantum in se est, nititur fraudare dominum[39] veritatis et sic[40] ecclesiam Cristi, quoad sensibilia necessitatur attendere, defraudat multipliciter et cautelas venenosas dyaboli introducit.

Unde quidam philosophi vocant sophistam ypocritam dyaboli. Sophista enim ex loquacitatis apparencia cupit apparere esse sapiens sine sapiencie existencia. Unde mussitant sophistice super ista de-

[e] *cp. Trial. 432*

[27] posset *CDβ* potest *E* [28] *in C above fol. 153b is add.:* Nota de ypocrisi *C²* [29] *in β is add. in mar.:* Ypocrisis quid *β¹* [30] in *CDβ* est in *E* [31] est *CDβ* *om. E* [32] est pat. *CDβ* est est *(the latter cr. out & ud.)* pat. *E* [33] innititur *CDβ* innitur *E* [34] divinum *CDEβ* dominium *C¹ in mar.* [35] *in D is add. in mar.:* Tercia *D¹* [36] primo *CDβ* primum *E* [37] originatur *CDβ* ordinatur *E* [38] ad *CDEβ* in *E¹ in mar.* [39] dominum *CDβ* domini *(?* dominium*) E* [40] sic *CDE* *om. β*

scripcione, quod descriptive sophista sit ille,[41] qui apparet esse talis, qualis non est, et cum hoc ponatur, quod sortes[42] appareat esse sophista, tunc sophiste mussitant, si sortes[43] in casu isto[44] sit sophista vel non; si sic,[45] cum appareat esse sophista, tunc est talis, qualis apparet, et iuxta descripcionem non ut sic est sophista, si[46] in casu isto non sit sophista et apparet[47] esse sophista, tunc apparet[48] esse, qualis[49] non est et iuxta descripcionem quilibet huiusmodi est sophista, ergo est sophista.

Sed quomodocunque sit de istis arguciis, certum est, quod ypocrita, in quantum huiusmodi intricat se ipsum per illusionem dyaboli quoad deum, quia secundum Chrysostomum[50f] melius est esse sanctum quam apparere sanctum, sicut peius est esse reprobum, quam apparere esse[51] reprobum, cum apparencia in primo potest inesse homini vicioso[52] eo, quod dyabolus transfigurat se in angelum lucis, et apparencia in secundo ponit illusionem iudicii de sancto homine reputari. Ypocrita ergo tamquam stultissimus[53] sophista dyaboli appetit minus bonum vel eciam maius malum, et sic postponit bonum valde eligibile propter malum. Nec mirum, quia dyabolus auctor false apparencie[54] seducit suum iudicium, cum veritatis existencia sit fugata. Ideo dicit Chrysostomus: aut esto, quod appares, aut apparere,[55] quod es.

Unde inter omnia peccata, que deus umquam permisit esse in ecclesia militante, peccatum ypocricis est magis fugibile,[56g] et in diebus novissimis secundum apostolum plus illusivum[57] ecclesie, unde originatur in stabulo falsitatis. Ideo signanter adiungit[58]

---

[f] *I have not been able to verify this quotation, as the reference to St. Chrysostom is too general* [g] *cp.* Trial. *432: duplex iniquitas*

---

[41] *in* β *is add. in mar.:* Sophista quis β^1 [42] sortes *CD* sor *E* soror *(?)* β [43] sortes *C*,β *(clearly so)* sor *E* sor. *(sic) D* [44] c. i. *CE*β i. c. *D* [45] sic *CDE* sit β [46] si *CE* ut *D*β [47] et iuxta descr. — apparet *CDE*β,F^1 *in mar. om. F* [48] apparet *CDE* *in* β *an illegible abbreviation* [49] qualis *CDE*β, *in E is add. in mar.* talis E^1 [50] *in D is add. in mar.:* Chrysostomus D^1 [51] esse *CD*β *om. E* [52] vicioso *DE*β virtuoso *C* [53] stult. *CDE* subtilissimus *(underlined)* stult. β [54] apparencie *D*β apparencia *CE* *in C in mar.:* Nota [55] *all the codd. read* apparere [56] *in D in mar.:* Peccatum ypocrisis magis fugibile D^1 [57] illusivum *CDE* illusum β [58] adiungit *CE*β adiunxit *D*

apostolus,[h] quod periculum et in falsis fratribus, cum notorium sit, si habitus corporalis fratris vel ritus aliquis[59] sensibilis sui || *C fol. 154a* ordinis menciatur, mendax est et gerens illum || habitum ac ecclesie per suas adinventas[60] fallacias seductivus. Nec prodest sua adinventa religio, sed tam ipsis religiosis quam ecclesiis multum obest,[61] cum omnia bona virtutis, que faciunt, facere possunt[62] liberius ac meritorius secundum religionem simplicem cristianam et in studio discendi hunc[63] ordinem, in studio servandi et in studio sustinendi consistit occupacio inutilis et infructuosa et toti ecclesie tediosa.

Quis ergo excusare posset has sectas, quin dimisso Cristi ordine blaspheme eligant minus bonum? Ymo toti prospecto[64] diligencius videri posset studenti, quod tota sua religio blasphemia sit permixta.[i]

Unde inter omnia monstra,[65] que umquam intrarunt ecclesiam, monstrum horum fratrum est seductivius, infundabilius et a veritate ac caritate distancius.[k] Modicum quidem esset, quod interiora sui corporis locata forent extrinsecus et e contra. Sed si sint[66] oves extrinsecus quoad apparenciam, lupi intrinsecus quoad existenciam, et serpentes in opere quoad intoxicacionem ecclesie, ubi est periculosius monstrum mundi?[67] Unde Matth. 7[l] dicit Cristus: attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus[68] autem sunt lupi rapaces a. f. n. e. c. e.[69] Ubi probari[70] videtur[71] ex sapiencia Cristi volentis munire[72] suam ecclesiam et ex practica fratrum fallacia,[73] quod[74] premunit suam ecclesiam, ut caveat de periculosa fratrum versucia, que postmodum in sua ecclesia est futura.

Omnes enim illi sunt falsi prophete in vestimentis ovium fide-

---

[h] *cp. II Cor. 11, 26* [i] *this is one of the heretical passages, cp. Wilkins, Conc. III, 344* [k] *cp. ibidem* [l] *v. 15*

---

[59] aliquis *CDβ* alius *E* [60] adin. *CDβ* novas *(cr. out & ud.)* adin. *E* [61] obest *CDE* prodest *(cr. out) β, above it* obest β^1 [62] possunt *CDβ* possent *E* [63] hunc *EF* ' habent *(?) CDβ* [64] prospecto *CE* perspecto *Dβ* [65] *in D is add. in mar.:* Monstrum D^3 [66] sint *DEβ*, C^1 *in mar.* sunt *(ud.) C* [67] mundi *CDβ* mundo *E* [68] intrinsecus *CEβ* intus *D* [69] a. f. n. e. c. e *(sic) C* a. fructibus enim eorum co. e. *(sic) E* [70] probari *CDβ* probabiliter *E* [71] videtur *CDE* pidetur *β* [72] munire *CDE* nimire *β* [73] fallacia *CDβ* fallaci *E* [74] quod *CDE* que *β* [75] caveat *DEβ* cavet *C*

libus sedule venientes. Non enim manent fixi in heremo vel in claustro, sed attente visitant fideles, quos divites reputant quoad mundum et in suo habitu falsissime simulant sanctitatem, ac si forent oves immaculate et in vita ac opere innocentes. Et hoc secundum institucionem eorum colorum et forma sui habitus cum figura. Dilatant enim filateria et magnificant fimbrias[76] suas,[77] cum inquiunt, totus habitus exterior et interior cum cunctis suis circumstanciis dicit eis sanctam observanciam mandatorum et ultra, quam pharisei legis veteris, dilatant et magnificant libros suos istos[78] ex sua stulticia adinventos. Unde preter onerosum abusum, quem habent in consumpcione amplitudinis suarum[79] vestium blasphemant ad spiritualem sensum tunc remuneracionem novissimam, que in fine vite sue per commenta mendacii est pictata. Et sunt lupi rapaces[80] in querendo temporalia egenorum et cum quibuscunque communicant, ipsos tamquam serpentes intoxicant in opere cum heresi vel fallacia falsitatis.

CAP. VI.[1]

Tercia autem condicio, qua fratres blaspheme magnificant statum suum, stat in sua obediencia prelato suo, quem eligunt, ut Priori, Provinciali, Generali vel quomodocunque[2] aliter voluerint nominare. Tantam autem virtutem ponunt in hac obediencia, quod, quidquid ipse mandat, ut faciant, virtute istius obediencie cedet ad meritum facientis,[3] ut, si ipse mandaverit, dimisso sancte[4] predicacionis officio, fenum colligere, egenos et pauperes per cautelas suas sophisticas spoliare vel contra regulam propriam in vescibilibus, habitacionibus aut quibuscunque usibilibus[5] limitate[6] quamcunque excedere, hoc est licitum et meritorium virtute istius obediencie, cum prelato

---

[76] *in D is add. above the col.:* Dilatant enim *etc.* — fimbrias *(as the text runs) D*[1] [77] suas *CE om. Dβ* [78] istos *DEβ* ex *(ud.)* istos *C* [79] suarum *D* suorum *CEβ* [80] *in D is add. above the col.:* Lupi rapaces *D*[1]

CAP. VI. [1] 6m *C,E*[2] *in mar.* ccc *(?) β om. D* [2] quomodocunque *CDβ* quocunque *E* [3] facientis *Cβ* facitis *E* facilitatis *D* [4] sancte *CDβ* sancto *E* [5] usibilibus *in β corr. from* visibilibus [6] limitate *CFβ,E (?)* usitata limitate *D*

suo in isto obediens eo, quod bene potest fieri,[7] debet ultra prevaricacionem decalogi cruciari.

‖ C fol. 154b Talia sunt multa porismata ‖ scole dyaboli, per que seducit has mendosas sectas noviter introductas.

De obediencia[8] autem dictum est diffuse alibi,[a] quod nichil valet, nisi de quanto docet vel excitat ad obedienciam domino[9] Iesu Cristo.[10 b] Sed cum sepe ab ista obediencia dictus ordo stultos distrahit, auffugi debet a fidelibus ut venenum. Ubi, queso, est magis blasphema stulticia, quam cuicunque prelato[11] subici, quantumcunque stultus aut viciosus fuerit et eleccione dampnabili prepositus[12] sanctis et sciolis, qui secundum doctrinam et libertatem[13] episcopi animarum posset secundum fidem sue regule deo et sue ecclesie deservire. Ubi, queso, est maior blasphemia, quam ex eleccione universali[14] sepe dampnabili credere vel supponere, quod prelatus talis in mandato[15] equivaleat vel supra dominum Iesum Cristum.

Fingunt enim, sed false, isti ypocrite, quod deus decipere posset humanitus fidelem populum, quem gubernat, sicut videtur dominum Armenium[c] dicere tollendo argumentum, quo[16] ex dictis Cristi[17 d] videtur[18] concludi, quod cuncta, que evenient, necessario

CAP. VI. [a] *cp.* De Ordine christiano, *cp. 5: ulterius videndum est breviter, quomodo secundum religionem cristianam fidelis debet tali preposito obedire. Et premissa distinccione de obediencia videtur, quod nullus cristianus debet obedire tali preposito nisi obediencia resistitiva etc. in cod. 4527 (Vienna) fol. 123b. With ref. to this, cp. Arnold, S. E. W. I, 82: Men may undirstonden amys þis obedience to Crist etc., also ibid. 85* [b] *And herfore shulde we trowe þat ech obedience to man is as myche worþ as it techiþ obedience to God etc., Arnold ibid. 82* [c] *thus the codd.; I believe, from* dominus *that Richard Fitzralph (Armacanus) is meant here* [d] *cp. Matth. 24, 6 ff.*

[7] frater *CDEβ* fieri *F (a corr. word)* [8] *in C is add. with ref. to this above the col.:* Cui sit obediendum [9] domino *CDβ om. E* [10] Cristo *CDβ* Cristi *E* [11] prel. *CDβ* stultus *(ud.)* prel. *E* [12] prepositus *CDβ* propositus *(cr. out.) E, but there is no marginal correction corresponding to it* [13] d. et l. *CDE* l. et d. *β* [14] quam ex eleccione universali *(the two last words on an erasure) E* quamquam ex cumulacione tali *CDβ* quamquam exclamacione universali *F* [15] mandato *CE* manifesto *D,(?)β* [16] quo *Dβ* que *CE* [17] Cristi *CEβ om. D* [18] dominum Armen. *etc.* — videtur *CDEβ om. F*

sunt futura. Cum ergo, ut false[19] fingunt, precepcio talis prelati, qualitercunque viciose electus fuerit, debet regulariter[20] observari, patet, quod ipsum preponunt blaspheme[21] domino Iesu Cristo, et in hoc est heresis ista[22] stulcior,[23] quod ipsum sepe vident in persona propria se ipsum ducere per devium viciorum. Quomodo ergo talis cecus, si ceco ducatum prestet, nonne ambo in foveam cadunt?[e]

Similiter cum tale indifferens vel irracionabilitatem sapiens posset esse tam meritorium ex mandato prepositi, sicut est mandatum domini Iesu Cristi, et Cristus nichil potest precipere, nisi prius naturaliter, antequam ipsum precipiat, sit consonum racioni, videtur, quod prelatum suum tam infundabiliter et viciose electum blaspheme magnificant supra dominum Iesum Cristum.

Similiter secundum fidem mandati[24] Cristi generaliter utilius homini debet[25] preponi, sed talis electus prelatus virtute sue obediencie, ut inquiunt, sepe interimit hoc mandatum, ergo sibi[26] iuxta suam stulticiam obedire debent, ultra quam debent obedire episcopo animarum.

Si enim virtute talis private obediencie non debent prelato suo[27] nisi in precepto domini obedire, et tantum debuerunt ante professionem privatam, videtur, quod ex professione huius vane religionis non obligantur amplius quam per ante. Sed constat[28] in facto oppositum,[29] cum subiectus tali prelato regulatur per ipsum quoad locum et tempus, quoad vescibilia et usibilia et breviter quoad omnia accidentalia vite sue. — Nec dubium, quin talis prepositus in mandatis suis sepe contrariatur monitis dei sui, ut ubi homines[30] debent esse invicem[31] subiecti et quantumcunque sufficiunt, magis prodesse ecclesie, prelatus talis limitat, quod obe-

---

[e] *cp. the very same idea in De Relig. van. Mon., above p. 440*

---

[19] false *CDEβ, E, but with mark of ref. to* false *in mar.* tales fingunt *E¹* [20] regulariter *CDβ* realiter *E* [21] blaspheme *DEβ* blasphemo *C* [22] ista *CDE om. β* [23] stulcior *DEβ* stulticior *C* [24] mandati *Cβ* mandata *DE* [25] debet *CDβ* debent *E* [26] sibi *DEβ,C¹ in mar.* si *(?) C* [27] suo *CDβ om. E* [28] constat *DEβ* asstat *C* [29] oppositum *E,F¹ in mar.* oi *(sic) C (blank space), in mar. is add.* am (assumptum) *C¹* omnium *Dβ* alium *(cr. out) F* [30] homines *CDβ* homies *E (compend. om.)* [31] invicem *F,E, in mar. is add.* simul *E¹* in vitis *CDβ*

diencia sibi singulariter reservetur et ne a dignitate sua degeneret,[32] quod non obediat suo subdito, sicut precepit[33] sanctus Petrus,[f] ymo sepius unus prelatorum precipit suo subdito, ut unum faciat et alius prelatorum superior aut[34] inferior precipit eidem subiecto, ne omnino faciat preceptum ab altero prelatorum sic, quod tales prelati nedum sunt Cristo contrarii, sed eciam sibi ipsis sic, quod tales taliter stulte subiecti prepositis dicere possent hoc metricum:[35]

Dixit buffo crati: maledicti tot dominati!

|| *C fol. 155a* || Non enim maius dominium vendicat secularis dominus vel eciam dyabolus super suum subditum, quam vendicat talis electus prepositus super suos subditos,[36] super quibus secundum leges hominum habere dicitur prelaciam.

Tales enim leges private sicut leges terrene sunt diligencius[37] quam mandata decalogi observate. Ideo cum homo sit tam finite capacitatis ac observancie, patet, quod tales private obediencie distrahunt ab obediencia facienda domino Iesu Cristo. Ymo patet ex fide scripture et regulis[38] consciencie cum practica, quod tales religiosi communiter sunt perplexi. Nam ex fide non debet subditus obedire alicui tali prelato, nisi de quanto Cristus prius et principalis[39] illud mandat, sed subditus sepe debet habere[40] scrupulum consciencie vel evidenciam in contrarium, quod dominus sic mandat, ergo debet sepe habere conscienciam mandatum talis prepositi adimplendi. Et super isto morsu consciencie multi langwent, nec est possibile nobis narrare[41] blasphemias cunctas, que sunt per tales fictas obediencias introducte.

Nec dubium, quin non solum redundant[42] ad onus et dampnum religionis talis private, sed ad dampnum tocius militantis ecclesie. Et patet studiose veritas[43] istius principii, quod bene foret mili-

---

[f] *cp. I Pet. 5, 3; also I Cor. 3, 5*

---

[32] degeneret *CEβ* digneret *(?* degneret) *D* [33] precepit *CE* precipit *Dβ* [34] aut *CDβ,E, but in mar. is add.* eo *E*[1] [35] *in CD is add. in mar.:* W' *(?) in β:* vero *(texthand)* [36] subditos *CEβ* subiectos *D* [37] diligencius *CDβ* dilencius *E (compendium om.)* [38] regulis *DEβ,C and C*[1] *in mar.* [39] principalis *CDE* principalius *β* [40] habere *CDβ,E*[1] *close below the line (the column ends with* debet) *om. E* [41] narrare *CDE* variare *β* [42] redundant *C* redundat *DEβ* [43] st. v. *CDβ* v. st. *E*

tanti ecclesie, si pure observaret sine talibus fictis tradicionibus legem Cristi. Nam quidquid superadditur vel ab ista subtrahitur est peccatum.

Et intelligendo superaddicionem sentencie tamquam legis, ut leges novelle sunt tantum vel plus appreciate, quam lex dei eterna, ut patet de studio de profectu vel premio, quod[44] hic accipimus propter illam, et nichil infidelius et magis hereticum, cum lex legiferi[45] et ipse legifer[g] debent eque laute diligi. Et sic contra primum mandatum decalogi cultores tradicionis[46] humane diligunt[47] legem suam et eius legiferum plus quam deum.

Si ergo sit peccatum dampnabile, habere pondus (et pondus) vel aliam mensuram duplicem pro proximo in temporalibus defraudando, quanto magis peccatum est gravius iniuriari deo in volucione animi magis diligibile postponendo? Et ad istam fraudem religiosi isti novelli sunt insolubiliter implicati, quia, ut dicit sua obligacio et wlgaris[48] eleccio, plus obligantur suo ordini quam religioni simplici cristiane; et lex dei dicit oppositum. Ideo necessitati sunt vel fraudem facere deo vel ordini suo vel ipsum tamquam venenosum contempnere.

Ideo cum magnam vim habet simplex[49] cristiana religio, videtur multis probabile, quod quilibet de religione ista privata et specialiter prelatus vel eius prepositus principalis debet ipsam contempnere et quantum sufficit eius observanciam destruere. Nam illud[50] implicat humana religio, cui plus quam isto privato ordini singulari[51] obligantur. Nam cum ista privata religio quodammodo diminuit accidencia et observanciam[52] religionis simplicis cristiane, ipsa debet[53] tamquam preponderans cum qualibet parte sua[54] atque cremento plus diligi. Patet conclusio.

---

[g] *i. e. Christ, cp.* *De Vaticinatione, cod. Prag. II. G. 11. fol. 224*[b]

---

[44] qu. *CDβ* eterno *(cr. out)* qu. *E* [45] legiferi *E* legifer *CDβ* [46] tradicionis *CEβ* tradiciones *D* [47] hum. dil. *CDEβ* humane diligenter cultores trad. hum. diligunt *F* [48] wlgaris *CDβ* wlgaris *E, altered into* wlgaica *E*[1] wlgata *F* [49] simplex *CDE* *om. β* [50] illud *CDE* id *β* [51] singulari *CDE* singuli *Fβ* [52] observanciam *β* observancia *CDE* [53] debet *in β in mar. by the texthand* [54] sua *CDβ* *om. EF*

Unde si per impossibile forem prelatus privati ordinis, ut verbi gracia Prior ordinis mendicancium generalis, implicarem prudenter aut tacite, quod quicunque subiectus ordinem illum dimitteret et purum ordinem Cristi acciperet,[55] cum hoc foret deo honorificencius, subiecto meo utilius et ecclesie undique bonum maius. Quomodo ergo forem excusabilis dogmatizando oppositum, ut si per || *C fol. 155b* valde contingens cognoscerem multos esse || hereticos in[56] secta mea privata et ex conglobacione[57] mutua sese inficere, quomodo forem sequax Cristi aut implens, ut debeo,[58] legem suam, nisi facerem vel niterer,[59] quod[60] tales ab invicem separantur.

Paulus enim precipit ad Tit. ult.[h]: hereticum hominem post primam et secundam correpcionem devita, et Cristus precipit Matth. 18[61][i]: si peccaverit in te frater tuus post trinam correpcionem,[62] quam ostendit, quod sit tibi sicut ethnicus et publicanus.

Nec valent excusaciones istorum ordinum hodie adinvente nisi ad aggravandum eis peccatum altrinsecus in suo crimine. Dicunt enim infundabiliter et contrarie legi Christi, quod talis apostata[63] debet in carcerem tetrum recludi[64] et[65] usque ad mortem, ne ordo scandalizaretur,[66] varie cruciari.[67] Certum est autem, quod libra stulte affeccionis errat notabiliter in hac parte.[68] Nam propter talem animam, quam cruciant, redimendam Cristus passus est mortem, et isti plus ponderant tradicionem suam frivolam quam animam ipsam, quam a sibi probabili[69] deus predestinaverit[70] ad gloriam, ymo[71] multi dampnabuntur,[72] ut probabiliter creditur ex ductu per

---

[h] *cap. 3, 10* [i] *v. 15 ff.*

---

[55] *in D is add. above the col.:* Postponere privatam legem et purum ordinem Cristi accipere D^2 [56] in $CD\beta$ ei *(cr. out)* in *E* [57] conglobacione $CD\beta$ globacione *E* [58] debeo $CD\beta$ deo *E (compendium om.)* [59] niterer *in E written on an erasure* [60] quod $CD\beta, E^1$ *corr. into the text om. E* [61] 18 $ED\beta$ 28 *C, but* 2 *ud., above it* 1 [62] correpcionem $CD\beta$ correccionem *E* [63] apostata *CDE* aposttota β [64] *in D is add. below the col.:* Incarcerant propter suas tradiciones usque ad mortem D^2 [65] et $CD\beta$ et *(cr. out & ud.) E* [66] scand. *in* β *a correction has taken place* [67] cruciari $CD\beta$ cruciandus *EF* [68] *in* β *is add. in mar.:* Incarceracio religiosorum est erronea β^1 [69] probabili $CD\beta$ probali *E (compend. om.)* [70] predestinavit *CD, E (?)* predestinat β [71] ymo $CD\beta$ ut *E* [72] dampnabuntur $E\beta$ dampnabunt *CDF*

tradiciones istas frivolas, incarceraciones et penas alias, qui libere viventes in seculo sub suavi iugo domini salvarentur.

Que ergo presumpcio, sine[73] summa auctoritate vel racione sic incarcerare fratres et a libertate legis domini impedire, cum dominus dicat per prophetam Iesa. 58[74k]: dissolve colligaciones impietatis, solve fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti sunt, liberos et omne onus disrumpe? Ubi videtur primo tales privatos ordines precipiendo dissolvere[l]; si enim secundum prophetam Ezech. 16[m] peccatum Sodome quadruplex fuit iniquitas, quanto patencius[75] aggregacio ex suis tradicionibus ac privilegiis est colligacio iniquitatis seu[76] impietatis. Et si ceremonie legis veteris propter suam gravedinem et multitudinem[77] cessari[78] debuerant in lege gracie, quanto magis tradiciones hominum[79] infundabiliter ficte et ultra cerimonias legis veteris multiplicate isto tempore legis gracie debent solvi?[80o] Licet enim sint fasciculi comburendi, cum propter suam multitudinem et stultam observanciam premunt multos et usi *(?)* nec[81] multi ex cecitate tradicionis frivole sunt confracti,[82] debent abire liberi per[83] dei graciam sic salvati,[84] sed nunc dampnabiliter in carcere sunt inclusi et breviter, quecunque observancia humana resistens spiritui sancto, que est duccio dei spiritu, onerosa debet[85] disrumpi.[86]

Unde isti privati ordines communiter resistunt spiritui sancto et per consequens sibi ipsis et unum peccatum videtur ordinibus istis esse proprium,[87] quod si quis secundum regulas caritatis nititur ordinibus istis consulere, vel ad puram legem dei[88] secundum suum

---

[k] *v. 6* [l] *this is one of the heretical sentences, cp. Wilkins, Conc. M. Brit. III, 344* [m] *v. 46 ff.*

---

[73] sine *E* cum *CDβ* [74] 58 *CDβ* 54 *E* [75] patencius *CDE* potencius *β* [76] iniquitatis seu *E* *om. CDFβ* [77] et multitudinem *C (?) F* et multiplicitatem *Eβ* multiplicem *D* [78] cessari *CDβ* cessare *E* [79] *in D is add. in mar.:* Cerimonie cessari debuerunt, quam magis tradiciones hominum *D*¹ [80] solvi *CDβ* dissolvi *E* [81] nec *CDE* nunc *Fβ* [82] confracti *DEβ* confracte (e *ud., above it* i) *C* [83] per *CDEβ, in E is add. in mar.* et *E*¹ [84] salvati *CDβ* salvari *E* [85] debet *CDβ* debent *E* [86] dirumpi *CEβ* rumpi *D* [87] e. p. *CDE* p. e. *β* [88] l. d. *C* d. l. *Dβ* dei purum *(cr. out)* d. l. *E*

ordinem inclinare,[89] reputant illum esse hereticum legi domini repugnantem. Cum tamen ipsi debeant[90] iuvare ad finem istum et tollendo tradiciones istas frivolas ab antiqua malicia se purgare. Et super isto peccato dyaboli dominus non quiescit.

Certum quidem est, quod stantes in istis ordinibus, licet videantur[91] facere multa bona de genere et populo esse sancti, tamen consenciunt iniquitati istorum ordinum sex modis famosis,[n] et sic perturbant ecclesiam militantem, et ista iniquitas per ypocrisim est celata.

Si ergo in presencia solis iusticie[o] Scarioth traxit[92] aliquos ad consensum, quod ungenti preciosi effusio super caput domino fuit per-|| *C fol. 156a* dicio, — ut patet Matth. 26[p]: aliqui, || inquit ewangelium,[93] dicebant ut[94] quid perdicio ista,[95] ubi patet, quod contaminabilis avaricia Scarioth duxit alios ad consensum, — quanto magis in istis ordinibus, ubi persone, que videntur esse bone, sunt magis fragiles dei gracia plus ab istis conventibus elongata[96] et dyaboli cautele plus quam Scarioth seminate? Sicut ergo prophete habuerant penam[97] multiplicem, quia tacuerant[98] ad defensionem legis domini dicere veritatem, in qua causa occisi sunt apostoli, quanto magis stantes in istis ordinibus debent propter amorem legis domini et fratrum suorum constanter eis dicere veritatem!

Sicut enim Cristus, quos amat, arguit et castigat, sic conversans cum fratribus dicet[99] eis constanter, sed cum moderamine, legem Cristi.

---

[n] *the sex 'modi famosi consentiendi' are frequently referred to by W. in his Polemical Tracts, cp. for instance above p. 440 cod. 4527 fol. 145[b] De Relig. van. Mon.:* Nota 6 species consensus:
Consentit cooperans, defendens, consilium dans
Ac auctorizans, non iuvans, nec reprehendens.

[o] *i. e. of Christ* [p] *v. 8*

---

[89] incl. *corr. in β* [90] debeant *CDβ om. E, but in mar. is add.* debent *E*[1] [91] videantur *CDβ* videant *E* [92] traxit *CDβ* trahit *E* [93] ew. *CDβ* est *(cr. out)* ew. *E* [94] *all the codd. read* ut *(not* ad) [95] ista *CEβ* ista etc. *D* [96] elongata *DEβ* elongate *C, above the end-*e *an* a [97] penam *CDβ* pennam *E, in mar. is add.* penam *(?* penna, pena) *E*[1] [98] tacuerant *CDβ* tacuerunt *E* [99] dicet *CDE* diceret *β*

Et maius inconveniens, ex hoc sequens,[100] foret solucio istorum ordinum privatorum et[101] resolucio in simplicem ordinem et servicium cristianum. Sed felix conclusio, nec tardatur eius complecio, nisi propter desidiam[102] fidelis populi exequentis.

Si enim constanter peteretur a fratribus auctoritativa eorum introduccio, quomodo[103] licuit, sine auctoritate[104] Cristi ipsos sic gravare ecclesiam?

Secundo si a populo[105] perseveranter continuaretur[106] fratrum correpcio, quomodo in eorum vita et verbis est continue[107] a statu apostolico, ymo a regula propria, secundum quam introducti sunt, discrepacio?

Et tercio, si fideliter iuxta fidem ewangelii negetur istis fratribus propter multiplicem heresim communicacio, — si, inquam, ista tria forent ab ecclesia fideliter executa, foret ab istis lupis rapacibus liberata.

Unde quesivit[108] quidam fidelis[109] a fratribus, quid tardant[110] in ista provincia, cum dogmatizant, quod quicunque fidelis, frater, vel alius laboraverit[111] fideliter ad destruendum Robertum Gilbonensem,[q] sit absque dubio beatifice premiandus.

---

[q] *i. e. Urbans' VI. Anti-Pope, Clemens VII., Robert Earl of Geneve and Cardinal Bishop of Cambray. He was chosen by the opponents of Urban, the French Bishops, the 20th Septbr. 1378 at Fondi in the Kingdom of Naples. The Cardinals who were dissatisfied with the choice of Urban VI. and his first acts, had declared his election invalid as it had been forced upon them through terrorism, exercised by the inhabitants of Rome. They insisted on his resigning his assumed dignity. In consequence of Urban's refusal, which was expressed in a contemptuous and violent letter to the Cardinals, Robert of Cambray was elected. Car Robert Cardinal de Genéve, ayant eû toutes les voix des Ultramontains qui s'estoient réûnis fut élû Pape le vingtiéme du mesme mois, adoré, selon la coustume, aprés avoir pris le nom de*

---

[100] sequens *CDE* se ipsis *β* [101] et *in E corr. into the text by E¹* *om. CDEβ* [102] desidiam *in E corr. from* desideriam [103] quomodo *CDβ* quam *E* [104] sine auct. *CEβ* *om. D* [105] a populo *Dβ* apostolo *E C (?)* [106] continuaretur *E* continetur *CDβ* [107] continue *E* *om. CDβ* [108] quesivit *CDβ* querunt *E* [109] fidelis *CDβ* fideles *E¹* q. quid. fid. *in E add. later, I believe, on an erasure* [110] tardant *CDβ* tardat *E* [111] laboraverit *Cβ* laboravit *ED*

Cum ergo facta eorum verbis suis plus doceant, patet ex suis exhortacionibus, quod vel sunt infideles suam beatitudinem postponentes vel falsum ut fidem pòpulo predicantes.[112]

Excitilp.[113]

Clement VII. et couronné ensuite devant la grande Eglise de Fondi, avec toutes les cerémonies accoustumées, en presence du Duc Othon de Brunswik, Prince de Tarente, des Ambassadeurs de la Reine Jeanne, et de la pluspart des Grands du Royaume, L. Maimbourg, Histoire du Grand Schisme d'Occident („Dernière Edition") I. tom. p. 61. Cp. also Th. a Niem, Hist. s. temp. libr. IV, Argentorati 1609, p. 12 ff., also Creighton, History of the Papacy, London 1882, I. vol. p. 64 ff.

[112] predicantes *C* predicantes etc. *Eβ* predicantes etc. Sequitur alter *D*
[113] *i. e.* Explicit Explicit tractatus de perfeccione statuum Incipit tractatus de quatuor sectis novellis *E* (*E*²) Explicit de perfeccione statuum *F* *without Explicit Dβ*.

XIX.

DE RELIGIONE PRIVATA.

TRACTATUS PRIOR.

DE RELIGIONE PRIVATA I.

I. Division.

Part I: Refutation of a general scholastic thesis (in ten Arguments).

Part. II: Refutation of the particular thesis of a Monk (in eight Arguments).

II. Summary of Contents.

Chap. I. *Scholastic refutation of the thesis: not every 'private religion' has an essential fault. There follow ten arguments, also in rigid scholastic form: (1) Every 'private religion' is erroneous on account of its human origin; (2) it prevents the religious precepts of the Gospel from being fulfilled; (3) it rejects God's aid in its Ceremonies; (4) follows false leaders; (5) to choose it is foolish.*

Chap. II. *(6) The solitary (monastic) life itself is foolish; (7) it enforces obedience to man — not to Christ; (8) it requires the fulfilment of commands beyond what is required by general religion; (9) rests on an imperfect foundation, is originated by man, and not by Infinite Wisdom; (10) it pretends that it alone can shew works of true religion. From these reasons it follows that the above thesis is false, viz: every private religion has a* defectus essencialis.

Chap. III. *The objections of a* reverendus monachus *to this last position are refuted. First Objection: No monastic order has such defects; every monastic order is a 'private religion', etc.; Answer to this proposition. Second Objection: St. Benedict has given a complete and universally-admitted rule, etc. Answer to this.*

Chap. IV. Third Objection: Benedict founded the orders by Divine inspiration. Answer. — 4th Objection: no private religion prevents its members from practising works of mercy. Answer. — 5th Objection: the private religion gives the greatest security for the true Christian life. Answer.

Chap. V. 6th Objection: it is more secure than the order of the prelates. Answer.

Chap. VI. 7th Objection: according to a just law its servants are taught to make no use of the right of confession to a priest of another order. Answer in detail.

Chap. VII. Continuation on doing Penance.

Chap. VIII. 8th Objection: the private religion is in its nature more perfect, more deserving and more secure than a secular state — the divisions of the latter. Answer. — Conclusion: St. Peter and St. Paul and all the Saints in Heaven reject the private religions.

III. Date of Composition.

Without any clue. If the Tract be genuine, some remark as to what public discussion in the University it refers, must be expected to be found in other (unpublished) writings of W. Cp. cap. I beginning. In spite of careful research, I have been unable to find a sufficient cause for the compilation of this Tract in W.'s life, espesially during his activity at the University.

IV. Genuineness.

Amongst all the polemical writings of W.'s, this is the least authenticated. It is not mentioned either in the Vienna Catalogues or Bale or Leland. As far as I can judge, Shirley for the first time mentions the Tract as a genuine work of Wiclif, Catal. No. 81 p. 27, but without giving any reason. He did so, probably, because the Tract is found in the Wiclif-Codices;[1] *with ref. to this, compare, for instance, Shirley's argument for the authenticity of the fragment* De fratribus ad scholares, *Cat. No. 90: „found with works of Wyclif and said to correspond to correspond to them in style' which I deci-*

[1] *and is, therefore, attributed by Denis to the pre-reformer, cp. II, 1459; 1471.*

dedly consider not to be genuine. After Shirley Lechler, J. v. W. II, 568, who does not undertake the critical examination of the question. Vaughan is silent about the Tract.

But the testimony of the Vienna and Prague codd. is also insufficient. Cod. C contains no notice of its origin from W. The old index on the flyleaf of the cod. β (cp. above General Introduction IV, Description of the Manuscripts) gives the title of the Tract among other writings which do not owe their origin to W., but still it has a notice referring to the author: Idem, *that is J. W., whose genuine Tracts precede it. This is the only early, and indirect authority for its genuineness.*

Cod. A also contains the Tract in its index, on the front cover, sub No. 26 and with the separate title: Argumenta contra posicionem de religionibus privatis *(cp. the Description of the cod. above in the General Introduction, IV). But in spite of the General Title of the Index:* Liber Wiglef doctoris Ewangelici *not all the Tracts named here are by W. himself (cp. No. 19* Compilacio metrica de Replicacionibus) *and under the very No. 25—27 all those Tracts which are not W.'s, seem to be put together: No. 25:* Posicio discipuli Magistri Iohannis de Eucharistia, *No. 26:* Argumenta *etc. see above, No. 27:* Soluciones quarundam questionum. *Therefore, the index of the cod. does not in any way prove that they owe their origin to W.*

The same is the case with cod. α. In the index on the front cover, the title of the Tract is placed among W.'s writings; but here also De Rel. privata *is followed by* Raciones cuiusdam discipuli Wikleph quibus probat licere *etc. etc. The last Tract in the index* de Imaginibus *is also very doubtful as to its origin from W., cp. Shirley, Catal. No. 26.*

From this follows, that the external evidence is of the least possible value in proof of authenticity. Cod. α and A seem rather to point to this Tract as being by one of W.'s disciples.

The internal evidence is also very weak. A great number of turns in the expression remind one of W.'s style; the lengthy construction of the sentences struck me most, cp. p. 501—2; 505—6; 508 and many more. On the other hand, the following reasons seem rather to point against its being compiled by W.;

(1) the tone which so essentially differs from that of the other works printed in this volume, and the dry scholastic style of argument; (2) the frequent reference the the great Fathers of the Church, St. Gregor, Augustin, Hieronymus, whilst the Bible is hardly once referred to as a witness, which is constantly the case in the other genuine writings of the Doctor Ewangelicus; *(3) the abstract argumentation against the* religio privata, *which is nowhere to be found in W.'s genuine works, where in every case the single representatives of this* vita *are attacked from a practical point of view. The polemical argumentation also, solely directed against the* monachi, *is remarkable. While in other works the* quatuor secte novelle *are constantly mentioned, here they are not even once spoken of, and it is just these which are the favourite objects of W.'s wrath, when speaking of the matter here attacked. (4) Lastly the* sacerdotes simplices *are spoken of here in contradistinction from the Prelates and Bishops (as 'subordinates'), but not in the specific Wiclifian sense, as opposed to the four Sects. This may suffice to characterize the Tract. Although I am not prepared to consider any of the foregoing reasons as incontrovertible, I still hesitate to recognise the pamphlet as a genuine work of W.'s.*

V. *Not printed heretofore.*

VI. *Extant in*

cod. 3929 = A fol. 261^c—266^b { A^1 = *Corrector (pale ink)*; A^2 = *Corrector (dark ink)* }

cod. 4527 = C fol. 184^b—191^a { C^1 = *red hand*; C^2 = *Glosser* (ad endoxum); C^3 = *Corrector, thin hand* }

both in the Imperial Library at Vienna

cod. X. E. 9. = α *fol.* 194^a—202^a α^1 = *only Corrector*

cod. III. G. 11. = β *fol.* 201^a—208^b { β^1 = *Glosser (thick black hand)*; β^2 = *Corrector*; β^3 = *Corr. and Glosser (red hand)* }

the latter two being in the Univ.-Library at Prague.

VII. The Manuscripts.

I confine myself to slight notices:

A. **Their relationship.** *I. C—*α*. (1) In 92 places the codd.*


are divided into two groups (each in two), — of these C—α (or A—β) agree 78 times; α—β (or A—C) 11 times, C—β (or A—α) twice. (2) Cp. further the characteristic readings habere *I note 11;* cum ergo *II, 15;* magn. *III, 15;* approb. *III, 29;* regit. *IV, 54;* ut vid. *IV, 61;* nisi for. *V, e;* optenta *VII, 49; 54;* recip. *(om.) VII, 47;* imit. *VIII, 18; especially* eciam hoc neq. *VIII, 8 and* sacrament. *VI, 32. — (3) cp. also the order of the words, which, although in itself quite irrelevant, is peculiar to C—α:* a. p. *II, 25;* v. h. *III, 4;* i. v. e. *III, 8;* e. c. *IV, 16;* b. B. e. *IV, 24;* i. r. *IV, 27;* p. e. l. *V, 6;* a. a. s. id. *VI, 4;* a. s. *VI, 10;* v. e. *VI, 18;* s. e. m. *VIII, 1;* p. a. p. *VIII, 15;* c. m. d. *VIII, 36;* s. t. *VIII, 44. The same passages are also to be admitted as proof of the connection between the groups A—β.*

It follows further (1) from the very numerous omissions of the somewhat careless α (I do not quote all on account of their great number, but cp. for instance laudabil. *VIII, 13;* huma. *I, 3;* vita *II, 2) that the text of C which is complete, cannot have been derived from α; in the same way (2) from* laudabil. *VIII, 13 and IV, 30;* endoxum *V, 23;* 23 *VII, 10;* deus *VII, 29;* pro *(om.) VIII, 9;* non *VIII, 26, where α has filled up the blanks found in C, mostly in conformity with the two other codd., it is evident that α cannot well have been derived from C. The almost entire agreement of both codd. (even in their slips of the pen) seems to me to show that both spring from a common source; cp. above under A I. 1 and 3.*

II. A—β stand in a similiar connection (cp. above under A I. 2 and 3). β has many, in part longer, omissions: et cum *II, 11;* et ad *etc. IV, 42;* exc. *V, 37;* part. *VII, 4;* non deb. *VII, 48;* sicut *VII, 40. A gives in these passages the complete text, therefore β was not the original of A. With ref to the reverse, that A was not the original of β, cp.* ex hoc op. *VIII, 52; also* quand. *VIII, 14;* min. penit. *VII, 21;* pap. *(om.) VII, 1;* pene *VII, 6 and many more. The reading* religionib. *IV, 18 seems to me to speak for their having originated from the same source.*

B. ***The best Codex.*** *In the passages which vary, to the number of about 195, A reads what is false 103 times, β 94 times, α 34 times and C 28 times. Group A—β, therefore, on account*

of its extreme corruption, is to be rejected from the competition. — C and α are nearly equal as regards their inner value. But on account of the numerous omissions in α — 21, while only 2 in C: ten independent ones, in opposition to the three other codd.; C has only one of this kind, and that is the name endoxum; *especially on account of* laudabiliter *VIII, 13 and passages like* de necess. *VI, 34;* francis. *IV, 66 (α read his original carelessly) — I give the preference to C in forming my text. — The result of the foregoing critical examination is shown by the following diagram:*



JOHANNIS WICLIF

DE RELIGIONE PRIVATA.[1]

I.

CAP. I.

‖ [2] In materia de religione privata ponit quedam posicio, ‖ *C fol. 184^b lin. 1* quod non omnis religio | privata habet aliquem defectum essencialem, propter quem est culpabilis |.

Contra quam posicionem arguitur multipliciter.

Primo sic: nulla humana[3] prudencia sufficit, | facere religionem sine defectu culpabili, cum ergo omnis religio privata est religio facta ab humana prudencia, eo, quod omnis religio privata est descriptive religio secundum leges et condiciones humane mensure, in qua ponitur,[4] sequitur, quod omnis religio privata est religio cum defectu culpabili.

Patet consequencia cum minori, et maior arguitur[5] sic: nulla humana prudencia[6] sufficit ordinare penitenciam pro penitente sine defectu culpabili excessus vel diminucionis vel alterius indebite condicionis, ergo a pari vel maiori nulla humana prudencia sufficit ordinare religionem pro religioso sine defectu culpabili[7] excessus vel diminucionis aut alterius indebite condicionis.

CAP. I. [1] *Without title, Exp^l. and Inc. in all the codd. in A this Tract is preceded by:* Posicio discipuli de transsubstantiacione *in C by* De dyabolo et membris eius *Expl.:* contra fideles declinari *in α by* De fundacione sectarum *Expl.:* sit ablata *in β by* Comment. de Matth. XXIV *Expl.:* sit melius intellecta. — *There is no division into chapters in the codd.* [2] *cod. A fol. 261^c lin. 1 cod. α fol. 194^a lin. 18 cod. β fol. 201^a lin. 15* [3] hum. *ACβ om. α* [4] *in β in mar.:* Religio humana quid est $β^1$ [5] arguitur *ACα* probatur *β* [6] prud. *ACα, add. later by $β^2$* sapiencia *(cr. out) β* [7] si. cu. de. *ACβ* si. de. cu. sine defectu culpabili *α*

Item[8]: omnis religio impediens suum professorem ad servandum ritus religiosos in mensura pure ewangelica, qua sunt a deo positi, est[9] culpabilis. Cum ergo omnis religio privata[10] est huiusmodi religio, sequitur, quod omnis religio privata est culpabilis.

Patet consequencia cum minori et maior per hoc, quod omnis huiusmodi religio obligat suum professorem ad servandum ritus religiosos in mensura humana, qua sunt ab homine positi.

Item: omnis religio obligans suum professorem, dum est subditus in ea, contempnere habere[11] mocionem dei pro sufficienti licencia ad variandum in ritibus[12] pro debita execucione religionis communis est culpabilis; cum[13] ergo omnis religio privata est huiusmodi religio, sequitur, quod omnis religio privata est culpabilis.

Patet consequencia cum maiori et minor[14] per hoc, quod omnis religio privata prohibet suum professorem, dum est subditus in ea, facere[15] huiusmodi variacionem[16] sine mocione et licencia sui prelati sub deo ad hoc.

Item: omnis religio obligans suum professorem, dum est subditus in ea, ad sequendum aliquod fallibile tamquam regulam infallibilem pro ductu sui ad beatitudinem, est culpabilis; cum ergo omnis religio privata est huiusmodi[17] religio, sequitur, quod omnis religio privata est culpabilis.

Patet consequencia cum maiori et minor per hoc, quod omnis religio privata obligat suum professorem, dum est subditus in ea, ad sequendum in actibus vocatis neutris fallibilem voluntatem sui prelati sub deo tamquam regulam infallibilem pro ductu sui in eis ad beatitudinem.

Item: omnis ingrediens religionem privatam in sic ingrediendo peccat propter fatuam eius eleccionem, cum ergo omnis religio privata includit in se essencialiter ipsam eleccionem, sequitur, quod omnis religio privata essencialiter peccat, et per consequens essencialiter est culpabilis.

---

[8] *in cod.* α *here and in the following cases, the new argument* (Item) *always begins a new line* [9] est $AC\alpha,\beta^2$, *corr. later in the text by* β^2 sit *(cr. out)* β [10] r. p. $C\alpha$ p. r. $A\beta$ [11] habere $C\alpha$ *om.* $A\beta$ [12] *in C the* r *of* ritibus *is erased* [13] cum $AC\alpha,\beta^1$ *in mar.* *om.* β [14] minor $A\beta$ minori $C\alpha$ [15] facere $AC\alpha,\beta^1$ *in mar.* fre β [16] variac. $AC\beta$ mocionem et variacionem α [17] est hu. $C\alpha\beta$ est culpabilis (cul. *ud.*) est hu. A

Assumptum sic arguitur: omnis contempnens eligere medium sibi apcius pro execucione religionis communis ut sic peccat; cum ergo omnis ingrediens religionem privatam in sic eligendo[18] facit huiusmodi contemptum, sequitur assumptum probandum.

Patet consequencia cum maiori et minor per hoc, quod omnis ingrediens religionem privatam contempnit eligere medium illud pro execucione religionis communis, || quod patres primitive ecclesie || *C fol. 185a* ante introduccionem religionis private asseruerunt in opere esse medium efficacissimum omnibus cristianis pro execucione religionis communis.

CAP. II.

Item: religio privata includit in se excellencius stulticiam illam, quam includit in se vita privata secularis, quam facit ipsa vita secularis; cum[1] ergo vita privata secularis propter talem inclusionem est culpabilis, sequitur, quod religio privata propter huiusmodi inclusionem est plus culpabilis.

Patet consequencia et minor per hoc, quod vita[2] privata secularis includit in se observanciam regule humane secundum mensuram illam, qua errore perceptibili vel imperceptibili ponitur ab homine in esse regule ad ducendum viatores ad beatitudinem. Maior vero sic arguitur: omne, quod includit in se observanciam stulticie et votum ad illam observanciam, includit in se excellencius stulticiam illam quam illud, quod includit in se observanciam illius stulticie et non votum ad illam; cum ergo omnis religio privata includit in se observanciam regule humane secundum mensuram illam, qua errore perceptibili vel imperceptibili ponitur ab homine in esse regule ad ducendum viatores ad beatitudinem tamquam stulticiam et votum ad illam, et vita privata secularis includit[3] in se ipsam observanciam tamquam stulticiam sine voto ad eam, sequitur maior probanda.

Item: omnis religio obligans suum professorem, dum est sub-

---

[18] eligendo *ACβ* ingrediendo *α*

CAP. II. [1] cum *Cαβ,A¹ (?) corr. later into the text om. A* [2] vita *ACβ om. α* [3] includit *Cα om. Aβ*

ditus in ea, ad sequendum hominem sub Cristo[4] ultra id,[5] quod sequitur Cristum, est culpabilis; cum ergo omnis[6] religio privata est huiusmodi religio, sequitur, quod omnis religio privata est culpabilis.

Patet consequencia cum maiori, et minor sic arguitur: omnis religio privata obligat[7] suum professorem, dum est subditus in ea, ad sequendum hominem sub Cristo plene in ritibus illis, per quos ipse reputat se sequi Cristum; cum ergo illi ritus sunt in multis suis partibus extensivis culpabiles, sequitur, quod omnis[8] religio privata obligat suum professorem, dum est subditus in eá, ad sequendum hominem sub Cristo ultra id, quod sequitur Cristum.[9]

Patet consequencia cum maiori et minor per hoc, quod ritus illi sunt executi frequenter per hominem sub Cristo preter inspiracionem dei ad hoc ex quadam humana reputacione seu[10] prudencia. Et cum talis reputacio seu prudencia[11] non est sine errore culpabili, sequitur, quod illi ritus sunt in multis suis partibus extensivis culpabiles.

Item: omnis religio particularis[12] statuta ultra mensuram, qua facilitat ad observanciam religionis communis, est essencialiter culpabilis; cum ergo omnis religio privata est huiusmodi religio, sequitur, quod omnis religio privata est essencialiter culpabilis.

Patet consequencia cum maiori et minor per hoc, quod omnis religio privata est religio particularis statuta in plena mensura, qua reputatur facilitare ad[13] observanciam religionis communis; cum ergo mensura, qua religio reputatur facilitare ad observanciam religionis communis, est amplior quam mensura, qua religio facilitat ad[14] observanciam religionis communis, sequitur,[15] quod omnis religio privata est religio particularis statuta ultra mensuram, qua facilitat ad[16] observanciam religionis[17] communis.

---

[4] sub Cristo *Cαβ* sicut Cristus *A* [5] id *Cαβ* illud *A* [6] om. *in β, a correction has taken place (by β²)* [7] obl. *ACα* sic obl. *β* [8] om. *in β corr. by β²* [9] Cristum *α* illa *C* quarta *(?) A* *om. β* [10] seu *ACα* sive *β* [11] et cum t. r. s. pru. *ACα* *om. β* [12] particularis *Cαβ* partis *A* [13] ad *C* *om. Aβα* [14] ad *Cα* *om. Aβ* [15] communis cum ergo mens., q. r. r. f. ad ob. r. communis, est ampl. q. m., q. r. f. ad ob. r. communis sequitur *Cα* communis est ampl. q. m., q. r. f. ob. r. comm., sequitur *A* communis sequitur *β, but* est amplior — ad ob. r. comm. *is added by β² with mark of ref. below the col.* cum ergo m., q. r. r. f. ad ob. r. comm. *om. by A and β²* [16] ad *C* *om. Aαβ* [17] rel. *Cαβ* leligionis *A*

|| Item: omnis religio particularis facta ex ignorancia vel defectu artis statuendi religionem particularem in mensura, qua facilitat ad[18] observanciam religionis[19] communis, est culpabilis; cum ergo omnis religio privata est huiusmodi religio, sequitur, quod omnis religio privata est culpabilis. || *C fol. 185b*

Patet consequencia cum maiori, et minor sic arguitur: sciencia artis statuendi religionem particularem in tali mensura competit soli deo et hiis, quibus supernaturaliter[20] dat illam; cum ergo homines statuentes religionem privatam non habuerunt ipsam scienciam, cum tunc foret paris auctoritatis cum epistolis Pauli et aliorum apostolorum, quod nemo dicit, sequitur, quod non statuerunt ipsam ex ipsa sciencia, et per consequens cum statuerunt ipsam, sequitur, quod ipsi statuerunt ipsam ex ignorancia[21] seu ex[22] defectu ipsius sciencie.

Item: omnis religio non divina presumens habere opus, quod soli religioni divine est proprium, sapit blasphemiam; cum ergo omnis religio privata est religio non divina sic presumens, sequitur, quod omnis religio privata sapit blasphemiam, et per consequens omnis huiusmodi religio est culpabilis.

Patet consequencia cum maiori, et minor sic[23] arguitur: omnis religio privata est religio non divina, presumens regere viatores in cultu divino sine defectu; cum ergo sic regere sit opus soli religioni divine proprium, sequitur minor probanda.

Patet consequencia cum minori et maior per hoc, quod omnis religio privata est religio non divina pretendens, se esse religionem sine defectu, positam precise in ea mensura, qua facilitat ad observanciam religionis communis.[24] —

Propter istas raciones et alias plures[25] adducendas tenendum est oppositum dicte posicionis tamquam fides catholica vel tamquam veritas ei propinqua,[26] scilicet, quod omnis religio privata habet aliquem defectum essencialem, propter quem est culpabilis.

---

[18] ad *Cαβ* *om. A* [19] relig. *Cαβ* legis *A* [20] supern. *Cαβ* supnaturaliter *A (compend. om.)* [21] ipsam ex ipsa sciencia — ex ignorancia *ACα* ipsam ex ign. *β*, *but* ex ipsa sc. — stat. ipsam *add. later in mar. by* β^2 [22] ex *C* *om. Aαβ* [23] sic *ACβ* *om. α* [24] rel. com. *ACα* legis *(underlined)* communis religionis *β* [25] a. p. *Cα* p. a. *Aβ* [26] prop. *Cαβ* contraria *(ud.)* prop. *A*

CAP. III.

Contra[1] quam posicionem arguit quidam[2] reverendus monachus multipliciter.

Primo sic: nullus ordo monasticus habet defectum essencialem, propter quem est culpabilis, et cum omnis ordo monasticus est religio privata, sequitur, quod non omnis religio privata habet defectum essencialem, propter quem est culpabilis.

Consequenciam dicit patere cum minori, et maiorem arguit sic: omne votum, in quo consistit essencialiter ordo monasticus, secundum omnem suam condicionem essencialem[3] fundatur in ewangelio, eo, quod omne votum huiusmodi[4] est votum paupertatis, castitatis vel[5] obediencie, ergo omnis ordo monasticus secundum omnem suam condicionem essencialem fundatur in ewangelio, et per consequens nullus ordo monasticus habet defectum essencialem, propter quem est culpabilis.

Hic dicitur[6] negando, quod nullus ordo monasticus habet defectum essencialem, propter quem est culpabilis. Et ad probacionem eius cum sic arguitur: omne votum etc.[a], dicitur hoc negando eo, quod votum obediencie, in quo consistit essencialiter ordo privatus monasticus, non secundum omnem condicionem suam essencialem fundatur in ewangelio, cum votum ipsum secundum aliquam eius condicionem obliget[7] ad servandum ritus humanos ultra hoc, quod facilitant ad observanciam religionis communis perfectorum, ut prius[b] est probatum. || Ex quo sequitur, quod in nulla obediencia pure ewangelica speciali vel generali ex voto facta prelato sub deo propter amorem dei fundantur implicite vel explicite[8] omnes licite et honeste observancie monastice secundum omnes suas condiciones essenciales, eo, quod statuicio humana istarum ob-

|| C fol. 186a

CAP. III. [a] Cp. above l. 8 ff. [b] cp. above p. 494

CAP. III. [1] *In A is add. in mar.:* Nota *A*[1] [2] quidam *Aαβ* quidem *C* [3] essencialem *Aβ* *om. C* suam *α* [4] v. h. *Cα* *(in C transposed by marks)* h. v. *Aβ* [5] vel *ACβ* et *α* [6] dicitur *Cα* dicunt *Aβ*, *in C is add. in mar.:* Responsio *C*[1] [7] obliget *ACβ* obligat *α* [8] fundantur im. v. ex. *C* fundatur im. v. ex. *α* fundatur ex. v. imp. *Aβ*

servanciarum, que est essencialis condicio omnium harum observanciarum in multis earum, est secundum quid erronea,[9] ut prius[10][c] est probatum.

Secundo patet, quod infirmato proposito Petri cum deliberacione promittentis servare perseveranter usque in finem sequelam Cristi in obediencia, de quo Matth. 9,[11][d] non fundatur votum obediencie private secundum omnem suam condicionem, in quo essencialiter consistit religio privata, eo, quod votum Petri quoad omnes suas condiciones essenciales de genere voti fuit pure ewangelicum.[12]

Secundo arguit sic: sanctus Benedictus consummavit finaliter privatam regulam[13] monachorum discrecione[14] magna[15] et ab universali ecclesia approbatam,[16] ut testatur[17] beatus Gregorius[e] secundo Dialogorum, ergo regula ipsa monachorum ab eo ordinata et consummata[18] est secundum omnes suas condiciones essenciales laudabilis, et cum secundum ipsam exemplatur religio privata monachorum, sequitur, quod religio privata monachorum est secundum omnes suas condiciones essenciales laudabilis et secundum nullam earum[19] culpabilis.

Hic dicitur negando primam consequenciam:[20] racio[21] est, quia regula ipsa habet[22] duas raciones, unam fundatam in scriptura sacra,[23] et aliam non. Unde secundum suam racionem primam est ipsa discrecione magna et ab universali ecclesia approbata, quia secundum illam racionem est ipsa posita pure in mensura, qua facilitat ad observanciam communis religionis perfectorum et non secundum secundam[24] suam racionem est[25] ipsa discrecione

---

||[3] Si[4] papa vel eius vicario[5] citante | virum legium regis, ut compareat | coram eo personaliter loco[6] et tempore, | que ipse voluit[7] limitare, dum rex non licenciaverit, num[8] predictus vir legius teneatur sub pena gravis peccati coram papa vel eius vicario in dictis loco et tempore comparere?

Et videtur, quod sic, quia aliter ipsum excomunicant, spoliant, incarcerant vel occidunt, quod non facerent nisi gravis culpa hoc[9]

CAP. I. [1] *This title only in the Expl. of A Inc. om. in AC* de Citationibus frivolis *in E with red ink high above in the mar.; likewise in the eighth line of the col.:* De citacionibus frivolis et aliis versuciis anticristi De citacionibus frivolis et aliis versuciis anticristi *Ash* [2] Pilextic tustactra ed diorcoinena Trufram dcisut omastrgia En Joahn Wkiffle Creasgeinap Ropfsesore *C i. e.* Explicit tractatus de ordinacione fratrum dictus a magistro Johanne Wikleff sacre pagine professore Explicit dictum de gradibus cleri sive de ordinibus ecclesie *A* [3] *cod. 4527 fol. 79[a] lin. 28 cod. 1337 fol. 53[d] lin. 8 cod. α fol. 151[b] lin. 25 cod. Ashb fol. 64[a] before the text there comes:* Questio. *There is no division into chapters* [4] *opposite the first line in E in mar.:* cor *(i. e. corrected)* [5] vicario *CEαAsh* vicarius *A* [6] loco *A* pro loco *CEαAsh* [7] voluit *ACE* voluerit *αAsh* [8] num *ACα,E[2] in mar. om. EAsh* [9] culpa hoc *etc. EAsh* culpa pene huiusmodi prec. *etc. ACα, the scribe (of the original from which ACα copied) got into the wrong line led astray by* culpa

exigat, cum deus non potest punire hominem nisi culpa pene huiusmodi precedente. Ergo questio[10] vera.

Sed antequam arguatur[11] ad partem contrariam, argucia ista sophistica est solvenda. —

Constat quidem logicis,[12] quod racio ista non habet colorem nisi supposito hoc infideli porismate,[13] quod nec papa nec eius vicarius errare poterit in hac parte. Posset enim[14] esse, quod talis sit anticristus et manifestus dyabolus extollens se inevidenter super[15] omne, quod dicitur deus,[a] et tunc idem foret sic ipsi[16] annuere et anticristo cum[17] dyabolo consentire. Posset enim talis prelatus agitari tanta insania,[18] quod deo citante virum[19] legium ad contrarium, ipse citet irracionabilissime contra deum. Cum enim citare[20] sit mandare ad futuram obedienciam adimplendum, patet, quod stat, deum citare realiter hunc virum legium[21] per penam corporis, quam infligit, ne sic exeat regnum regis.[b] Et cum talis prelatus patenter citat ad contrarium, patet lucide, ipsum esse facientem hoc scientifice contra Cristum et per consequens anticristum. Et cum Cristus[22] sit maior dominus, quia verus deus et dominus dominorum, potet patule, quam necesse sit[23] hunc || virum || *A fol. 212b*

CAP. I. [a] *As to this, cp. II Thess. 2, 4* [b] *as to this, cp.* Dialog. *cap. 20, cod. 1338 (Vienna, Imp. Lib.) fol. 70a: Si enim anticristus citat homines ad locum, quem non intelligunt, nec scit, si pro tempore citacionis erit in tartaris cum dyabolo stabilitus, et Cristus citat per legem suam per instrumentum et casus, quos immittit ad partem contrariam, quis dubitat, quin citacioni domini est parendum? Ideo non foret signum evidencius ad ostendendum, quod talis citans sit anticristus et filius patris mendacii, quam talis falsa citacio contra Cristum etc.*

---

[10] questio *ACEα* conclusio *Ash* [11] arguatur *ACEα* arguitur *Ash; in Matthew, E. W. h. u. 485, but in Matthew's Manuscript, which was lent me for the collation:* arguatur [12] logicis *CαAsh* loicis *AE* [13] porismate *ACαAsh* persinate *(ud.) E, but in mar.* perisomate *E*² *(?, not* porismate) [14] enim *ACα Ash* tamen *E* [15] super *ACE* supra *αAsh* [16] sic ipsi *Ash* ipsi sic *α* ipsum sic *AC* sic ipsum *E* [17] cum *ACα* sive *EAsh* [18] insania *CEαAsh* infamia *A* [19] virum *ACαAsh* hunc *E*² *in mar. just before* virum [20] *in AE is add. in mar.:* Citare *A*¹ *(who possibly is identical with the scribe of the text), E*¹ [21] hunc v. l. *ACα* v. l. h. *E* v. h. l. *Ash* [22] Et cum Cristus *CEαAsh* Et cum si Cristus *A* [23] sit *ACαAsh* sint *E*

legium non tali citacioni talis dyaboli consentire. Dicit enim apostolus I[24] Cor. 10[c]: fidelis est deus, qui non permittet[25] vos temptari supra[26] id, quod potestis, sed faciet[27] cum temptacione eciam[28] proventum, ut possitis[29] sustinere. — Et sic videtur, imminente[30] tali temptacione dyaboli fidelis vir[31] legius debet in deo[32] confidere et Christo, non illi dyabolo in isto facinore obedire, quia sepe deus procul videt, quomodo talis prelatus presumens hanc anticristi vesaniam erit, antequam tempus, quod limitat, venerit,[33] a deo[34] impeditus, quod non tunc erit opportunitas ad virum illum examinandum, cum dei citacio citacionem talem dyabolicam[35] sepe frustrat.

Nec valet excusacio, quod prelatus[36] sic citans regis legium hoc ignorat, quia vel[37] debet condicionem illam supponere, vel[38] ipsa impleta a vexacione tali frivola propter reverenciam dei cessare.

Item[39] omnes[40] tales prelati cesarei[41] debent sequi Cristum, caput ecclesie, atque Petrum, sed nec unus eorum nec alter usus fuit huiusmodi citacione,[42] sed modo contrario. Ergo prelatus cesareus illud temptans non capit hoc a patronis ecclesie, sed a mundo. Cristus[43] enim ad Iohannem venerat baptizandus, ut patet Matth. 3,[44][d] dixitque centurioni conquerenti honeste et tacite:

---

[c] *v. 13, according to the textus receptus: tentatio vos non apprehendat nisi humana; fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere* [d] *v. 13*

---

[24] I *CEAsh* *om. Aα* [25] permittit *ACEα,Ash in Matthew's MS.* permittet *Ash (in Matthew's print)* [26] supra *ACαAsh,*E^2 *in mar.* nisi *E* [27] faciet A^1 facit *ACEαAsh* [28] cum t. e. *ACαAsh* etiam c. t. *E* [29] possitis *CαAsh* possetis *AE* [30] im. *ACα* quod im. *EAsh* [31] vir *ACαAsh* Christi *E* [32] deo *ACαAsh* domino *E* [33] antequam t., q. l., v. *ACαAsh* antequam t. v., q. l. *E* [34] deo *ACαAsh* domino *E* [35] dyabolicam *ACαAsh,*E^2 *in mar.* *om. E* [36] prelatus *CEAsh* dyabolus *A* dyabolus *(cr. out)* prelatus *α* [37] vel *ACαAsh*E^2 tales *(ud.) E* [38] vel *AαCAsh* talis *E* [39] item *ACEα* iterum *Ash in AE in mar.:* 2 A^1E^1 [40] omnes *ACαAsh* tamen *(ud.)* om. *E* [41] cesarei *ACαAsh* cesari *E* [42] hui. cit. *ACαAsh* cit. hui. *E* [43] mundo Cristus *etc. EAsh* mundo ut patet Matth. *etc. ACα* [44] 3º *EAsh* 8º *ACα*

puer meus iacet in domo paraliticus et male torquetur: ego, inquit Cristus, veniam et curabo eum, Matth. 8.[e]

Et tercio Cristus non citavit tortores ut ipsum crucient[45] et occidant, sed venit illuc humiliter, ut patet Joh. 18.[f] Petrus eciam urbane vocatus a Cornelio, non citatus, venit ad eum et instruxit eum in fide, ut patet Act. 10,[g] nec reperiet[46] homo loca alia nisi ut loquar yronice, tria,[47] in quibus Cristus aut Petrus citaciones huiusmodi usitabat.[48h]

Similiter[49] cum apostolus dicat II Cor. ultimo,[i] quod deus non dedit illi et per idem nulli alteri potestatem ad destruccionem, sed ad edificacionem,[50] patet ex fructu sequenti, quod talis citacio est dyabolica cesarea vel mundana. Vel enim persona citata in sua comparicione[51] punietur,[52] obiurgabitur vel incarcerabitur[53] aut beneficio habito privabitur, vel alia pena cesarea multabitur vel, quod maxime[54] videtur consonum iusticie, docebitur sumptuose in consistorio prelati contendere.[k] Et sic ubi mandat apostolus[l] non

[e] *v. 6* [f] *v. 36: Respondit Jesus: Regnum meum non est de hoc mundo and v. 37: Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati* [g] *v. 23: Sequenti autem die surgens profectus est cum illis, et quidam ex fratribus ab Joppe comitati sunt eum* [h] *with ref. to this passage, see Hus, De Ecclesia in Cod. M. St. 8 v. 6 Bibl. Gersd., Bautzen fol. 135[b], De Citatione: Benedictus sit ipse Christus, qui precepit Petro Matth. 18 dicens: Si peccaverit frater tuus in te etc. Unde non reperiet | (136[a]) papa loca alia nisi a contrario, quod Cristus citaciones huiusmodi usitabat* [i] *v. 10* [k] *as to this, see Hus, l. c. Cod. M. St. 8 v. 6, Bibl. Gersd. Bautzen fol. 135[b]: Nec ibi docebitur bene credere, sed litigare, quod non licet servo dei, ibi spoliabitur in consistorio, in moribus sanctis refrigescet ad impacienciam per oppressiones incarcerabitur, et si non habuerit dare, condempnabitur eciam habens iusticiam et quod gravius est, compelletur papam ut deum flexis genibus adorare* [l] *i. e. St. Paul, for instance II Tim. 2, 14; I Tim. 6, 4; Tit. 3, 9;* 2.

[45] crucient *ACαAsh* cruciant *E* *in AE is add. in mar.:* 3° *A¹E¹* [46] reperiet *A¹CEAsh* reperiret *Aα* [47] tria *ACα* ista tria *EAsh* [48] usitabat *AE* usitabant *CαAsh* [49] *in AE is add. in mar.:* 4° *A¹E¹* [50] *in AE is add. in mar.:* Potestas data est ad edificacionem *A¹(E¹)* [51] comparicione *ACEα* comparacione *Ash* [52] punietur *ACαAsh,E² in mar.* punitur *E* [53] obiurgabitur vel inc. *etc. EAsh* obi. vel quod maxim. vid. *etc. ACα, the copier got into the wrong line* [54] maxime *AEαAsh* maximum *C*

litigare sive contendere, prelatus iste excitat ad hoc opus. Et cum servum domini[55] non oportet ita contendere,[m] evidens est, quod illa || *A fol. 212c* curia || servit patri dissensionis[56] et sic sathane et per[57] consequens caput eius. De fide autem et salute[58] anime elaborata ex scriptura citatis[59] talibus per prelatum vel suos clericos non est verbum. Ideo manifeste videtur, quod talis citacio non est propter edificacionem anime, sed propter causam[60] dyabolicam aut mundanam.

CAP. II.

Similiter vel habet talis prelatus istam licenciam a mundi principibus vel a domino sompniatam. Si a domino, dicat,[1] ubi; si a mundi principibus, patens est, quod mundi principes non habent potestatem mittendi suos legios per viam tam periculosam in dominio alieno.[2] Et si fingatur,[3] quod habent illam potenciam a se ipsis, manifestum videtur, quod vix sufficiunt se ipsos tanquam fures abscondere, ne ab incolis vel predonibus capiantur. — Cum[4] ergo fides precipiat Matth. 7[a]: omnia, quecunque wltis ut[5] faciant vobis homines, ita et vos facite illis; hec est enim[6] lex et prophete, et prelati isti non racionabiliter vellent, quod homines citarent et necessitarent eos ad talem viam periculosam et incognitam peragendum,[7] videtur, quod nec prelati illi urgerent alios sine causa patente et racionabili taliter laborare.[b] Non enim est causa suffi-

---

[m] *cp. note k*

CAP. II. [a] *v. 12* [b] *this passage is verbatim repeated by Hus in his known Tract De Ecclesia, cp. cod. M. St. 8 v. 6, Bibl. Gersd. Bautzen fol. 136: Si enim pape perpenderent illam legem Christi Matth. 7: Omnia quecunque vultis etc. — lex et prophete, estimo, quod non racionabiliter vellent, quod homines citarent et incarcerarent eos ad talem viam periculosam et incognitam peragendam. Cur ergo urgerent alios*

---

[55] domini *AE* dei *CαAsh* [56] dissensionis *ACαAsh* distencionis *E* [57] per *ACEα* patet *Ash* [58] salute *ACEAsh* solute *α* [59] citatis *CαAsh* citacionibus *AE* [60] causam *ACEα* *om. Ash*

CAP. II. [1] dicat *ACα* dicant *EAsh* [2] alieno *ACEAsh,α[1] in mar.* *om. α* [3] fingatur *ACEα* fingitur *Ash* *here ends in E fol. 54[b], above it:* De Citacionibus frivolis *in big red letters* [4] *in AE is add. in mar.:* Nota *A[1]C[1]* [5] ut *ACEAsh* *om. α* [6] enim *AEAsh* *om. Cα* [7] peragendum *AC* peragrandum *EαAsh*

ciens, si Christus dicit Matth. 24[c] de ipso papa, ut creditur, furtive et abscondite fugiente: ecce in deserto est, quod quilibet, quem vendicat esse suum subditum, taliter perageretur.[8] Et patet, quod nec a Cristo nec a principe eius,[9] cuius est vir legius, capit papa huiusmodi[10] potestatem.

Similiter quilibet labor viantis et specialiter iniunctus a tanto prelato, debet aptari, ut sit meritorius et per consequens racionabiliter voluntarius. Sed sic non est de tali peregrinacione, a citacione huiusmodi procedente. Ideo[11] talis citacio videtur esse cesarea vel dyabolica et non[12] auctorizata a domino Iesu Cristo.

Assumptum patet ex hoc, quod omnes labores viantis debent fieri in caritate et per consequens ex meritoria voluntate. Sed que, rogo, aptacio extrahere curatum per ambages tam artas[13] et periculosas ad ostendendam anticristi[14] potenciam vel ad exhauriendam pecuniam ad sedem ex antiquo scelere maledictam?

Numquid credimus, Cristus aut sui apostoli sic fecerunt? Nam in epistola ad Philemon.[15] scribit apostolus:[16d] sine consilio tuo[17] nichil volui facere, || ut[18] ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Sed rogo, que occasio laudis vel[19] laboris voluntarii, cum[20] sine causa talis persona curata est tam anxie sic citata et in fine laboris[21] a spirituali commodo est frustrata. || *A fol. 212d*

---

sine causa patente et racionabili taliter laborare, pensarent quidem vitam exemplare Christi pontificis etc. [c] *v. 26* [d] *v. 14*

---

[8] peragеretur *A, corr. into* peragiretur *by* A^1 peragretur *CAsh* perageretur *E*, tur *add. later by* E^2 perageretur *α, but in mar.* peragretur α^1 [9] eius *AE om. CαAsh* [10] huiusmodi *ACEAsh* huius *α* [11] ideo *ACαAsh* et ideo *E* [12] et non *ACEαAsh* et non *E, but* E^2 *has add.* sic *between both* [13] artas *ACα,*E^2 *in mar.* avias *(ud.) E* avias *Ash* [14] ostendendam anticristi *AAsh* ostendendum antichristi *E* ostendendam antichristivam *Cα* [15] philome *A* philomeum *C* phylomeum *α* filomonem *E* Philom̄ *Ash* [16] ad Phil. scr. ap. *ACα* in epistola *(corr. into the text by* E^2*)* ad filo. in epistola sic scribit *E* in ep. ad Ph. sic scr. *Ash* [17] tuo *ACαAsh* aut tuo *E* [18] ut *ACEα̃* ita *Ash* [19] vel *AE om. CαAsh* [20] cum *ACEα* quando *Ash* [21] cit. et in fi. lab. *etc. ACαAsh* citata possunt enim *etc. E, but* E^2 *has add. what is wanting above the col.:* et sic in fine lab. *etc.* — frustr. possunt

CAP. III.

Possunt enim laborantes ad curiam predictam[1a] videre abhominacionem desolacionis, quam tangit Daniel,[b] et audire blasphema mendacia infinita, sed nullum sensum scripture vel pertinens ad salutem anime reportabunt. Ideo mirum videtur, nisi refuga sic citans incurrat multiplex homicidium de citatis in via corporaliter occisis et ovibus in remotis partibus sine pastore debito spiritualiter derelectis. Et istud homicidium videtur gravius quam homicidium, quo priores imperatores in Roma tot sanctos martires occiderunt. Ideo oportet nominando hunc locum tam sanctum, quod verbum per antifrasim sit locutum, quia sedes hec non est sanctificata per tales presules, sed execrata[2] plus quam Sodoma et Gomorrha.[3] Et signum induracionis populi et infidelitatis peccati est, quod[4] sedes illa[5] manet in tanto crimine non submersa.

Ex istis colligitur,[6] quod quicunque fidelis in domino sic citatus[7] consenserit sic vecorditer anticristo dimittendo laborem sibi iniunctum[8] a domino, peccat graviter tamquam[9] stolidus preeligens sibi ambiguum, pro quo tam corpore quam anima est[10] dampnandus. Cum ergo tales prelati non possunt occidere animam persone, quam sic citaverunt,[11] in inferno, et evidens sit, quod ex tali stulta obediencia tam corpus quam anima occidentur, stultum videtur et vecors eleccio pro citacione tali frivola laborare. Si enim scintilla[12c]

CAP. III. [a] *Cp. above p. 550* [b] *Dan. 9, 26—27* [c] *a favourite phrase of W.'s, cp.* scintilla noticie *in De septem Donis Spir. Sancti, cod. α fol. 133*^{b}*; ferner* scintilla coloris *in Responsio ad Argumenta cuiusdam Aemuli Verit., cod. Univ. Prag. X. E. 9. fol. 162*^{a}

CAP. III. [1] predictam *ACαAsh om. E* [2] execrata *αAsh* ex ecclesia *ACE* [3] *in A is add. with mark of ref. above the col.:* Sedes pape romana plus est infecta quam Sodoma et Gomorrha A^2, *likewise in E below the col. by* E^1 [4] et signum i. p. et inf. pec. est q. *ACαAsh* et *(with mark of ref. to this* E^2 *has add.,* Et *in mar.)* sig. inducccionis populi et sic in derebebelitatis peccati est *E;* infidelitatis *is add. in mar. by* E^2 *with mark of ref. to* in, sic *is add. later into the text by* E^2 [5] illa *ACαAsh* ista *E* [6] *in AE is add. in mar.:* Nota A^1E^1 [7] citatus A^1*CEAsh* cecatus *Aα* [8] sibi ini. *AE* ini. sibi *CαAsh* [9] tamquam *AEAsh* et tamq. *Cα* [10] est *ACα*^{1}*Ash om. Eα* [11] citaverunt *ACEAsh (in Matth. print)* citaverint *αAsh (in Matth. MS.)* [12] scintilla *ACEα* sintilla *Ash*

caritatis vigeret[13] in tali prelato, visitaret talem provinciam[14] instar Cristi vel saltem instrueret ipsam epistolariter[15] more Pauli. Sed sicut citat ad locum, quem sibi[16] nescit, et pro causa quam literaliter[17] exprimere erubescit, sic nescit fidem catholicam eciam[18] de hostia consecrata, quam tractat cottidie, et erubescit pandere causam dyabolicam, pro qua citat.

Et quantum ad principes in citacione huiusmodi[19] dyabolo sic faventes,[20] patet, quod sunt quasi legem domini et suam misericordiam deserentes et contra Cristum[21] anticristo consencientes et cum ipso in suo facinore coagentes.

Eya, milites || Cristi, recolite, quam stultum facinus sit Cristum contra iuramentum proprium ita deserere et anticristo,[22] qui in faciem anime sic vos cedit,[23] tam turpiter consentire! Vendicat enim anticristus, licet false, esse capitalis dominus vestrarum omnium contratarum[24] et vestrorum bonorum omnium et singulorum vestrorum hominum legiorum.[25] || *A fol. 213a*

Sed ve terre, cui talis ypocrita dominatur! Et de talibus videtur apostolus deridendo loqui sive yronice II[26] Cor. 11[27] quando dicit: libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes; sustinetis enim, si quis vos in servitutem redigit, si quis devorat, si quis accipit et si[28] quis extollitur. Stultificatos enim per anticristum videtur apostolus vocare yronice sapientes, qui sustinent, et quodammodo consenciunt, quando ab anticristo et sua familia in servitutem turpissimam rediguntur. Secundo stulte sustinent, quando bona,[29] que debent esse vita suorum pauperum,[30] ab ipsis prodigaliter[31] devo-

---

[d] *v. 19—20*

---

[13] vigeret *CEαAsh* viget *A* [14] *in AE is add. in mar.:* Visitacio *A[1]E[1]* [15] epistolariter *Ash* exemplariter *ACα* episcopaliter *E* [16] sibi *α,A, corr. into the text om. CEAsh* [17] literaliter *ACEα* habitualiter *Ash* [18] eciam *ACαAsh* et *E, corr. into* eciam *by E[2]* [19] huiusmodi *CEαAsh* huius *A* [20] faventes *ACαAsh* faventis *E* [21] et c. C. *ACα,E, here* sic *is add. between* et *and* Cr. *by E[2]* contra Cr. *Ash* [22] deserere et ant. *etc. EAsh* deserere vendicat enim ant. *etc. ACα* [23] citat *ACα* cedit *EAsh* [24] contratarum *ACαAsh* contractare *(?) E* [25] legiorum *ACαAsh* legione *E* [26] secunda *AEAsh om. Cα* [27] 11º *CEAshα* VIº *A, corr. into* 11º *by A[1]* [28] et si *ACEAsh* si *α* [29] bona *CαAsh om. AE* [30] pauperum *ACEAsh* paperum *α* [31] prodigaliter *CαAsh* prodigatis *AE*

rantur. Tercio sustinent magis patenter[32] stulticiam anticristi, quando ipse cum suis complicibus[33] accipit[34] legios homines principum in suum carcerem et cruciat dei famulos ut latrones. Et quarto sustinent ypocrisim anticristi et sue familie, quando ultra Cristi potenciam et omnis rei que dicitur deus, heretice extolluntur.[35] Vendicant[36] enim supra[37] Cristum, quod omne genu[38] eis[39] flectatur celestium, terrestrium et infernorum, cum fingant,[40] se imperare angelis, quod deferant animam talis mortui in gaudium beatorum.[41] Fingunt eciam quoad terrestres homines, quod habent potestatem imperandi eciam imperatoribus, ut veniant et sibi et[42] suis genuflectant.[43] Sed non habent potestatem imperandi demonibus, ne ipsis noceant vel protrahant[44] ad[45] infernum. Et sic videntur[46] mundani homines tantum per dyabolum philocapti, quod in sua causa certent[47] viriliter tamquam sui milites speciales, sed in causa Cristi, que est facilior et consolabilior, sunt vecordes.

CAP. IV.

Unde quia dyabolus et quodlibet eius membrum redarguunt se ipsos in peccatis,[1] que perpetrant, notant[2] quidam leges, quas papa approbat in hac parte. Nam in Decretis 18. dist. sic scribitur[a]: si episcopus[3] metropolitanus ad provinciales[4] episcopos epistolas

---

[c] *cp. above cap. I note k*

CAP. IV. [a] *Cp. Cor. iur. can. ed. Richter-Friedberg, Leipz. 1879, vol. I, 57*

---

[32] patenter *ACα* patentem *EAsh* [33] complicibus *ACαAsh* completibus *E* [34] accipit *AαAsh* accipiat *CE* [35] dic. de. heret. ext. *EAsh* dic. deus extollitur *ACα* [36] vendicant *AEαAsh* vendicat *C* [37] supra *AαAsh* sua *CE* [38] genu *CEαAsh* genus *A*, *but the* s *ud. by* A^1 [39] eis *Aα* ei *C* ipsis *EAsh* [40] fingant *ACα* fingunt *EAsh* [41] beatorum *ACα*, E^2 *in mar.* bonorum *(ud.) EAsh* [42] et *ACE* ac *αAsh* [43] suis genuflectant *A* suis gemiflectant *C* suis genu flectant *α* suis sociis genuflectant *EAsh* [44] protrahant *ACEα* pertrahant *Ash* [45] ad *ACEAsh* in *α* [46] videntur *ACEα* videtur *Ash* [47] certent *ACαAsh* certarent *E*

CAP. IV. [1] peccatis *CEαAsh* peccato *A* [2] notant *AEαAsh* vocant *(?) C* [3] episcopus *ACαAsh*, E^2 *in mar.* Cristus *E* [4] provinciales *ACα* con *(ud.)* provinciales *E* comprovinciales *Ash*

direxerit,[5] in quibus eos aut ad ordinacionem summi pontificis aut ad synodum invitet, || postpositis[6] omnibus excepta gravi[7] necessi- || *A fol. 213b* tate vel infirmitate corporis ac precepcione regia ad constitutum diem adesse non differant.[8]

Ecce, triplex excusacio[9] excusat a citacione metropolitani, ut videtur, si fuerit ex mandato summi pontificis, cum ipse sit quidam episcopus et per dei graciam metropolitanus. Primum est gravis necessitas, que videtur maxima in custodia Cristi ovium, ne a lupis rapacibus lanientur. Secundum est infirmitas corporis, propter quam deficit citato[10] disposicio[11] data a domino[12] ad taliter laborandum.[13] Et tercium est precepcio regia, quando rex precipit,[14] sicut debet, suo legio, ne taliter extra suam provinciam superflue evagetur.

Et omnes iste tres cause vel aliqua[15] earum in qualibet citacione huiusmodi sunt reperte, et specialiter cum rex regum prohibeat taliter evagari. Ad eleccionem istam[16] summi pontificis, qui est Cristus, indubie debent[17] viatores singuli laborare, cum Cristum debent viantes singuli postpositis[18] mandatis et citacionibus humanis, eligere iuxta illud Deuter. 2*(6)*[b]: dominum elegisti hodie.[19] Et sic viantes eligunt deum[20] et ipse eligitur ab eis, quandocunque mandatum sive consilium suum[21] efficitur et mandatum humanum postponitur, quod[22] videtur debere fieri, quandocunque talis citacio frivola contempnitur et voluntas domini adimpletur.

---

[b] *v. 17: dominum elegisti hodie, ut sit tibi deus*

---

[5] direxerit *ACαAsh* direxit *E* [6] postpositis *ACEα* postposita *Ash* [7] gravi *ACEα,Ash (M.'s MS.)* grava *Ash (print)* [8] differant *AEAsh* differrant *α* differat *C* [9] *in AE is add. in mar.:* Excusacio non comparicionis citati *A*[1] *with mark of ref. below the col., E*[1] *in mar.* [10] citato *ACαAsh* citata *E* [11] disposicio *AEαAsh* disposito *C* [12] domino *AE* deo *CαAsh* [13] laborandum *EAsh,A*[3] *in mar.* laniandum *ACα* [14] precipit *ACEα,Ash (M.'s MS.)* precepit *Ash (print)* [15] aliqua *ACα,E*[2] *in mar.* alia *E* aliquis *Ash* [16] istam *AE* itaque *CαAsh* [17] debent *AEαAsh* deberent *C* [18] postpositis *ACαAsh* prepositis *E* [19] deut. VIº deum tuum dom. el. ho. *A, the two words* deum tuum *are add. later by A*[2] *into a blank* deuteronomio 20 domin. el. ho. *E* deut. IIº dominum elegisti hodie *(sic) Cα* deuteronomii domin. el. ho. *Ash* [20] deum *CEαAsh om. A* [21] mand. si. co. su. *ACαAsh* mand. suum sive consilium *E* [22] quod *ACαAsh* quomodo *E*

Et sic dicit[23] quidam debilis et claudus citatus ad hanc curiam,[24] quod prohibicio regia impedit[25] ipsum ire, quia rex regum necessitat et wlt efficaciter, quod non vadat. Dicit eciam, quod domi oportet ipsum eligere summum[26] pontificem Iesum Cristum, quod est gravis necessitas eo, quod cum eius omissione[27] vel negligencia[28] non potest romanus pontifex vel aliquis angelus dispensare.

CAP. V.

Et sic notato toto processu operis anticristi[1] sunt mille meandri,[a] quibus nititur se extollere supra Cristum. Sed cum sunt in eo in quolibet tali[2] opere est et non, ille foret stulto stulcior, qui in hoc crederet dictis suis. Citat enim personas ad suam presenciam, quas deus impossibilitat ad hanc viam, nec potest personas illas sanitati priori restituere, sicut nec scabiem corporis proprii vel suorum complicum emundare.[3] Fingit se cognoscere, quibus || *A fol. 213c* deus || wlt beatitudinem vel dampnacionem tribuere, ymo mandat angelis, ut in hoc suum imperium exequantur[4] et tamen[5] ignorat peduales[6] eventus, qui de valde probabili sibi et sue curie sunt futuri. Quis, inquam, infideli deterior non supponeret, talem prelatum, qui tam multipliciter extollitur supra Cristum, deprimi digno iudicio dei sui? Cum ergo[7] isti prelati nesciunt sic prenosticare[8] futura, manifestum est, quod non sunt dei, ut dicitur Psal. 81[b], si non

CAP. V. [a] *A favourite phrase of W., cp. for inst. Trial. 353* [b] *cp. Ps. 82, 6*

[23] Et sic dicit *ACαAsh* et sic sic dicit *E (in mar. is add. by E³* Et*)* [24] curiam *ACαAsh* curiam *(ud.)* terram *E* [25] impedit *ACEAsh,α¹ in mar.* prohibet *α* [26] summum *CEαAsh* suum *A* [27] omissione *CEAsh* amissione *Aα* [28] negligencia *ACαAsh* necligencia *E*

CAP. V. [1] op. anticr. *ACαAsh* anticr. op. *E* [2] tali *ACαAsh,E² in mar. om. E* [3] *in AE is add. above the col.:* Papa non potest scabiem proprii corporis mundare, quomodo potest tunc angelis imperare *A²E¹* [4] exequantur *ACα* exequatur *EAsh* [5] tamen *Ash* cum *(?) ACα* tum *(?) E* [6] peduales *ACE* penales *Ash,α, corr. from* venales [7] ergo *ACEα* igitur *Ash* [8] prenosticare *ACEα* pronosticare *Ash*

dyaboli.[9] Fingit eciam, se habere plenitudinem potestatis super omnia bona mundi,[10] cum sit capitalis dominus eciam[11] supra cesarem et omnes alios dominos seculares et tamen[12] per totam artem suam nescit consulere malignis spiritibus, cum quibus foret magis cognitus, ut indicent[13] sibi thesauros absconditos, sed egenos spoliat per mendacia sibi ficta. Ideo sicut Cristus non credebat sathane Matth. 4[c], quando promisit sibi omnia regna mundi, si cadens ipsum adoraverit, ita fidelis non credit[14] blasphemiis istius refuge, etsi promittat, quod habet imperii et omnium regnorum dominium[15] ac beneficiorum ecclesie in propria potestate. Licet ergo anticristus vendicet talem mundanam obedienciam supra Cristum, cum sit radix ficticie religionibus privatis, tamen[16] fidelis stat fixus in fide, nec a labore, quem Cristus iniunxerat,[17] exterretur.[18] Sicut enim segetes crescunt continue, licet volucres celi, quos Cristus Luc. 8[d] dicit esse dyabolos, semina spolient, sic fidelis fixus in domino non decrescit in virtute vel dei servicio, licet anticristus cum membris suis spoliet[19] semina fidei et[20] bona minima ab ecclesia militante. Et multo magis fidelis non dimittit[21] perseverare in gradu suo propter fictos terrores, sicut grana[22] et fruges non cessant crescere propter fictas[23] minas ydolorum volucrum et[24] sagittancium. Et re vera ficte tales censure non nocent fidelibus[25] quoad deum, quia,[26] ut dicitur[27] Bar.[28] ultimo[e]: cum talia ydola non possunt se ipsa a nocumentis defendere, non sunt dii, sed fabrice hominum false ficte. —

Tales multas extollencias anticristi cogitare posset fidelis et ad

---

[c] *v. 9* [d] *v. 5 and 12* [e] *cap. VI 49, cp. also vv. 14, 22, 28 etc.*

---

[9] *in AE is add. in mar.:* Pape sunt dii in terris i. e. dyaboli A^2E^1 [10] *in AE is add. in mar.:* Potestas pape A^2E^1 [11] eciam *ACEα* et *Ash* [12] tamen *Ash* tum *E* cum *ACα* [13] indicent *AEAsh* indicet *Cα* [14] credit *CαAsh* credidit *AE* [15] dominium *ACαAsh* dominum *E* [16] tamen *ACAsh* tum *E,α, here not quite clear in consequence of a correction having taken place* [17] iniunxerat *ACαAsh* iniungerat *(?) E* [18] exterretur *ACαAsh,*E^2 *in mar.* extirpetur *E* [19] spoliet *AEAsh* spolient *Cα* [20] et *AE* ac *CαAsh* [21] dimittit *ACαAsh* permittit *E* [22] grana *ACEα* gramina *Ash* [23] fictas *AEαAsh* *om. C* [24] et *AE* ac *CαAsh* [25] *in AE is add. above the col.:* Ficte censure non nocent hominibus fidelibus A^3E^1 [26] quia *ACEAsh* qui *α* [27] dicitur *ACαAsh* videtur *E* [28] Baruch *ACE* Baruth *α* Baruc *Ash*

standum firmius in lege domini propter earum virtutis carenciam animari, cum possunt || ad maximum procurare corpus occidi et per hoc secundum fidem scripture non nocent anime, sed assistente virtute paciencie[29] ipsam animam meliorant.[30] Martires autem[31] priores habuerunt persecutores corporis plus acutos; ideo videtur multis, quod fidei vivacitas est hodie plus sopita.

|| *A fol. 213^d^*

CAP. VI.

Sed contra istam sentenciam arguit anticristus: hec curia sicut papa, eius caput et[1] sancte matris ecclesie, est vita et radix tocius ecclesie militantis. Idem ergo foret contra eius sanctitatem invehere, cum sit Petri vicarius, et machinari destruere ecclesiam militantem.[2]

Sed hic dictum est sepe, quod fideles vellent cum reverencia eis possibili laudare et extollere veros vicarios sancti Petri. Sed tunc oporteret eos mundanos honores ac possessiones deserere instar Petri et stare in[3] limitibus fidei ac laboris, quem Petrus exercuit et non sic in potencie[4] spiritualis ficticia blasphemare.[5]

Contra istam itaque triplicitatem blasphemie instant[6] fideles reputantes, quod nimis perturbat[7] magnam partem ecclesie militantis. Ideo ista triplicitate semota deus verisimiliter provideret de vero[8] Petri vicario ad iuvandum[9] suam ecclesiam conformiter legi Cristi. Studeat ergo sacerdos, qui fingit se Petri vicarium, quomodo Petrus vixit[10] et qualiter Cristus in lege sua iniunxerat sancto Petro, et sciat, quod ab isto exhorbitans est sophista dyaboli et vicarius anticristi. Fidelis igitur,[11] qui constanter dicit sibi istam sentenciam ipsi vocato Petri vicario, quia sue anime est

---

[29] paciencie *ACαAsh* paciente *E* [30] meliorant *ACαAsh* meliorarent *E* [31] autem *ACαAsh* aut *E*

CAP. VI. [1] et *AE* ac *CαAsh* [2] militantem *ACαAsh* militatem *E, compendium om. above the* a [3] in *AEαAsh om. C, is add. later into the text by C^1^* [4] in potencie *ACα* in potestatis *EAsh* [5] blasphemare *ACαAsh* blasfeminare *E* [6] instant *ACα,Ash* instat *E* [7] perturbat *ACαAsh* perturbant *E* [8] vero *EAsh,A^1^ corr. into the text* uno *ACα* [9] iuvandum *ACEα* minandum *Ash* [10] *in A is add. in mar.:* Vivere *A^1^* [11] igitur *AE* ergo *CαAsh*

amicus, et per consequens domestici, qui applaudunt sibi in isto facinore, sunt[12] sibi maximi inimici.[a]

Et sic absit, quod tale caput per falsas et fictas[13] elecciones humanas foret caput ecclesie militantis, sed caput nostrum est sursum, dominus Iesus Cristus. Et sic[14] illi militantes dei adiutores ac[15] sue militantis ecclesie, quibus sibi placet ad hoc de sursum graciam destillare,[16] et sic militans ecclesia non est acephala[17] nec sine adiutorio, licet careat tali refuga, quin pocius, carens totaliter dotacione mundana, sicut lex[18] Cristi manifeste precipit, foret alleviata ab onere[19] iam tardante, vivens pure de elemosinis et decimis, que sunt pars domini, intenta assiduitate sui officii per graciam domini Iesu Cristi. Et sic talis papa non est caput, vita || vel || *A fol. 214a* radix nisi forte ecclesie malignancium, sed aborigo vel herba nociva ecclesie domini Iesu Cristi.

Talem ergo repugnanciam in verbo et opere, qua anticristus nominat se patrem sanctissimum et perseveranter dicit in opere se esse sceleratissimum,[20] debet fidelis scolaris veritatis constanti corde et humili reprobare.

CAP. VII.

Secundo[a] invehitur, quod ista sedes infert graciose toti cristianismo formidinem ad peccandum. Idem ergo foret contra ipsam sic loqui et laxare[1] toti ecclesie habenas ad in[2] peccatis, ut sibi placuerit, volutandum.

Hic dictum est concedendo sepius, quod anticristus cum membris suis facit multa bona in ecclesia militante, sed non tanta, quanta dyabolus temptando homines et penas terrificas inferendo.

CAP. VI. [a] *see Matth. 10, 36; Luke 12, 52; 53*
CAP. VII. [a] *Cp. above p. 558 l. 12*

[12] sunt *ACαAsh,*E^2 *in mar.* *om. E* [13] et fictas *CEαAsh* *om. A* [14] sic *A,*E^2 *corr. into the text* *om. CEαAsh* [15] ac*ACEAsh* et *α* [16] graciam destillare *ACαAsh* gravi distillare *E* [17] acephala *ACα,*E^2 *in mar.* athevola *(ud.) E* acevola *Ash* *in AE is add. in mar.:* Ecclesia carens pape non est acephala A^3E^1 [18] lex *CEAsh* est lex *Aα* [19] man. fo. all. ab on. *A* man. precipit foret all. ab on. *CαAsh* man. precip. for. all. onere *E* [20] et persev. di. in op. se ess. scel. *ACEα* *om. Ash*

CAP. VII. [1] laxare *ACαAsh* laxari *E* [2] ad in *EAsh* in *ACα*

Ideo conceditur tamquam probabile, quod hec sedes terret multos tyrannos a perpetracione multorum facinorum,[3] sed medium, quod[4] Cristus docuit ad terrendum peccatores legi sue contrarios, fuit medium amoris, medium paciencie et medium beneficiencie. Et istam formam servarunt Cristus, Petrus et alii Cristi apostoli.

Sed istam formam Cristi aspirando ad honores mundanos et seculare dominium ista sedes cum suis filiis est oblita. Ideo cum incussiones[5] tales dominative non sunt naturales nec meritorie, parum prosunt ecclesie, cum statim redeant[6] ad peccandum. Ideo ista sedes cum suis filiis laboraret per medium, quod Cristus docuit tamquam utilius et constancius, undique.[7] Unde anticristi discipuli hic videntur[8] innuere, quod Cristi ordinacio non fuit valida neque prudens, sed oportet ultra ordinacionem Cristi vel legem dominaciones terrificas commisceri. Et hinc oportet prelatos ecclesie ultra hoc, quod Cristus preceperat, seculariter dominari, et per consequens modo lex[9] Cristi contempnitur et lex anticristi, quem[10] David vocat legislatorem, ab infidelibus exaltatur.

Erubescat ergo[11] anticristus ex ista argucia: lex sua, conversacio atque curia facit in ecclesia multa bona,[12] ergo propterea est laudanda, cum sit ad modos et media attendendum, eo quod wlgariter dicitur, quod deus est remunerator adverbiorum; cum dyabolus potest bona facere, sed quia male facit hec[13] bona, debet propterea condempnari, ut presciti persecuntur cum dyabolo Cristi ecclesiam et faciunt occasionaliter multa bona et tamen non ex || *A fol. 214b* hinc merentur beatitudinem, || sed dampnacionem perpetuam, cum intencione mala taliter operantur. Et si dicatur,[14] quod intencio huius sedis est recta, quia ad Cristi ecclesiam[15] a facinoribus expurgandum, videtur, quod hec sedes habet bonam intencionem

---

[3] *from here on the red commas very conspicuous in the text of A are discontinued* [4] quod *ACαAsh* quoque *E* [5] incussiones *ACEα* incusciones *Ash* [6] redeant *ACα* redeat *EAsh* [7] undique *A* undiquaque *CEαAsh* [8] videntur *ACEα* videtur *Ash* [9] per con. mo. lex *ACα* per hunc modum lex *EAsh* [10] quem *ACαAsh* quam *E* [11] ergo *ACα* igitur *EAsh* [12] bona *ACEAsh,α¹* *corr. into the text om. α* [13] bona fac., sed q. m. f. hec *CαAsh* bona f., sed q. f. hec *A* bona facte (*?* sancte) fac., sed q. f. male hec *E* [14] dicatur *ACα Ash* dicitur *E* [15] ecclesiam *CαAsh* ecclesia *AE*

analogam,[16] sed peccat in specie superbie[17] in medio descendendo, quod[18] spernit medium domini sic purgando et capit malum medium superbie hoc bonum ecclesie perpetrando. Et cum secundum Hieronymum[b] non mediocriter peccat, qui propositis[19] duobus bonis dimittit facilius et elegit minus bonum, manifestum videtur, quod hec sedes dimittendo medium Cristi facile eligendo medium turpe regis superbie peccat graviter, licet bonum ex facto suo proveniat. Et sic creditur, quod hec sedes numquam meritorie proderit ecclesie Iesu Cristi, antequam evacuaverit dominacionem,[20] quam iniuste occupat, et benefaciendo vixerit modo sui.

Debet ergo fidelis predicator sicut prelatus ecclesie esse vir ewangelicus et per penas inferni ac iniustas superbias dyaboli et gaudia celi peccatores a peccatis trahere[21] per amorem. Et hoc medium non foret laxacio vel stimulus ad[22] peccatoribus in volutabro criminis volutandum, sed, sicut patet in vita apostolorum ex celeri[23] conversione fructifera, ad antiqua crimina deserendum et viam virtutis fructiferam eligendum. Ideo ve illi, qui sic infideliter deserit legem Cristi!

Hic dictum est sepius, quod ecclesia Cristi debet esse pure secundum legem suam et non secundum legem anticristi, sed se-

CAP. VIII.

Tercio[a] invehitur per hoc, quod hec sedes cum suis filiis tractat causas iustissime et facit toti ecclesie iusticie complementum. Idem ergo foret hanc sedem taliter dampnare[1] et iusticiam in sponsa Cristi extingwere et per consequens iniusticiam in ipsam conversam in corpus dyaboli suscitare.

---

[b] *cp. Corp. iur. can., ed. Leipz. 1879, I, 1418 Decr. p. III, de Consecratione, dist. V. cp. 24, cp. below p. 630*

CAP. VIII. [a] *Cp. above cap. VII Note a*

---

[16] *in A is add. in mar.:* Intencio analoga bona *A[1]* [17] superbie *ACEα* superbe *Ash* [18] quod *A* quia *CEαAsh* [19] propositis *ACαAsh* propositus *E* [20] *in AE is add. above the col.:* Sedes pape numquam meritorie proderit ecclesie nisi evacuaverit dominacionem *A[2]E[1]* [21] trahere *ACαAsh* retrahere *E* [22] ad *EAsh* a *ACα* [23] celeri *EAsh* cleri *ACα*

CAP. VIII. [1] dampnare *ACα* deprivare *Ash* depravare *E*

cundum formam, quam Cristus tradidit, regulata. Et sic ecclesia Cristi non foret cum istis tradicionibus frivolis onerata. Unde quidam fideles habent causam tamquam diabolicam plus suspectam ex hoc, quod pro iustificacione[2] illius cause allegatur lex anticristiana[3] specialiter, dum non fuerit in lege domini fundata. Et si ibi fundata fuerit, quare legiste[b] nolunt in radice et forma, quam Cristus tradidit, legem domini honorare? Et sic, ut videtur fideli- *A fol. 214c* bus, hec sedes potissime || foret a lege papali[4] atque cesarea expurganda et in pura lege domini tamquam fons religionis ecclesie adimplenda.

Et quantum ad obiectus contra hanc legem domini est facile respondere. Anticristus assumit, quod necesse est, ipsum de presbiteris, curatis et prelatis in singulis provinciis respondere, quod non bene faceret nisi habendo leges, secundum quas ita[5] statueret. Ideo necesse est, quod habeat iura canonica, secundum que[6] foret ista triplicitas[c] regulata. Et cum lex ista sicut lex divina semper augmentando[7] procedit, necesse est, legiferum istum iura statuere, secundum que posset totum genus hominum regulare.

Hic dicitur huic[8] refuge infideli, quod, si velit esse Cristi vicarius, renueret omnes tales distribuciones, vocatas spirituales in ecclesia militante, cum Cristus magister noster completissimus dicat Luc. 12[d] cuidam volenti, Cristum inter ipsum et fratrem suum seculariter iudicare: o homo, quis me constituit[9] iudicem aut divisorem super vos? Ubi patet notanti, quomodo Cristus tale[10] iudicium renuebat. Ewangeliste enim sicut et spiritus sanctus forent nimis negligentes,[11] si Cristo deo dante in hoc iudicium non incorporarent ipsum ad instruccionem ecclesie militantis. — Ideo cum Cristus in causa seculari hoc renuit, multo magis eius vicarius

[b] *The Legists, are according to the practice of the Middle Ages, the doctors of the Roman, the Decretists those of the canonical law* [c] *i. e. presbyteri, curati, prelati* [d] *v. 14*

[2] iustificacione *ACαAsh,E² with mark of ref. below the col.* iutificacione *(ud.) E* [3] anticristiana *AEAsh* antichristiva *Cα* [4] papali *ACαAsh* populi *E* [5] ita *ACα Ash,E² in mar.* illa *(ud.) E* [6] que *AEAsh* quem *C,α (?)* [7] augm. *ACαAsh* est *(corr. close to* semper *in mar. by E²)* augm. *E* [8] huic *ACαAsh* hinc *E* [9] constituit *ACEα* constitit *Ash* [10] tale *ACEα* talem *Ash* [11] *in E* neclig.

stultus[12] hoc renueret in causa plus perplexa, magis a lege et voluntate domini elongata. Deus enim quodammodo voluit post et ante, quod tradiciones humane currerent[13] super bonis[14] temporalibus, sed noluit sacerdotes suos cum cura vel particione talium occupari. Multo magis ergo voluit, quod sacerdotes sui non iudicent secundum tradicionem civilem ex civilitate antiqua et tradicione nova fundata in dotacione ecclesie contra Cristum,[15] quia in hoc videretur in causa plus periculosa sacerdotes suos iniungere[16] et dotacionem[17] contra se ipsum stulcius appropriare.[18] Sed que maior blasphemia, nisi forte dicendo, quod lex, quam Cristus instituit, non est per se sufficiens ad totam ecclesiam militantem regulandam?[19]

CAP. IX.

Semoto ergo isto onere a Cristi vicario foret superfluum istas tradiciones humanas taliter usitare.[1] Ideo cum Cristus et eius verus vicarius debent alleviare ecclesiam et non tradicionibus vel operibus infundabilibus onerare, patet, quod papa non debet super se || infundabiliter particiones huiusmodi acceptare. Et si queritur,[2] quomodo debet de talibus prepositis in ecclesia provideri,[3] dicitur, quod sicut provisum est tempore apostolorum et usque ad dotacionem ecclesie, si non ultra, quod scilicet[4] fideles presbiteri, apostolorum veri vicarii,[5] legem domini constanter et fideliter predicarent et ipsis mortuis populi catholici, in fide orthodoxa instructi, eligerent sibi non hereditarie, sed secundum suum fidele officium alios sacerdotes, quod si ipsi in ministerio sacerdotali deficerent, populi instruendi ipsos abnuerent,[6] et tunc foret ecclesia a discolis et commercacionibus[7] symoniacis expurgata.

|| *A fol. 214d*

---

[12] stultus *ACαAsh,E² in mar.* *om. E* [13] curerent *EAsh* terrerent *ACα* [14] bonis *ACEα* hominis *Ash* [15] Cristum *ACαAsh* propium *(sic) E* [16] iniungere *ACα* nungere *E* immergere *Ash* [17] dotacionem *ACEα* dotacioni *Ash* [18] appropriare *ACα,E² in mar.* approbare *Ash,* (probare *up.) E* [19] regulandam *ACα* regulandum *EAsh*

CAP. IX. [1] usitare *ACEAsh* visitare *α* [2] queritur *A* queratur *CEαAsh* [3] provideri *ACαAsh* proiudere *E* [4] quod scilicet fid. *ACEα* quod si fideles *Ash* [5] *in AE is add. in mar:* Fideles presbiteri apostolorum veri vicarii *A²E¹* [6] abnuerent *EAsh* abinnerent *ACα* [7] co. *ACαAsh* sic *(corr. into the text by E²)* co. *E*

Videtur enim multis fidelibus, quod anticristus per tradiciones has frivolas forum instituit mercandie,[8] in quo discoli possent cum talibus vocatis beneficiis symoniace commercari. Dicitur enim, quod romana[9] curia est forum huiusmodi, in quo nedum clerici possunt symoniace sibi acquirere proventus venales, sed et,[10] cuiuscunque condicionis homines fuerint, acquirere sibi privilegia inaudita. Et hec est una causa precipua, quare lex Cristi non currit hodie sicut olim.

Et, ut breviter comprehendam, tota causa discrasie vel peccati ecclesie stat in isto, quod populus et precipue clerus ecclesie non sequitur fideliter dominum Iesum Cristum, sed innititur tradicionibus propriis plus innixe,[11] quam innititur legi dei.

Quis, inquam, est iste clericus, qui allegat hodie: hec dicit dominus, sed[12] quod[13] hec dicit romanus episcopus, qui est deus in terris, cui oportet in legibus suis credere[14] tamquam Cristo? Et hec causa, quare Iordanus[15] conversus est retrorsum ad in triumphantem ecclesiam anhelandum.[16]

Et ita[17] rogant fideles dominum Cristum[18] obnixius, ut dirigat hic suam ecclesiam secundum legem et formam, quam ipse instituit, ut destructis adversitatibus et erroribus universis secura sibi serviat libertate. Amen.[19]

Explicit de citacionibus frivolis.[20]

---

[8] *in A* mer *is inserted in the blank later by a new hand (A^4 ?) with darker ink* [9] ro. *AE* in ro. *CαAsh* [10] et *ACα,E^2 in mar.* *om. EAsh* [11] innixe *A* obnixe *CEαAsh* [12] sed *αAsh* secundum *ACE* [13] quod *AEAsh, C^1 corr. into the text α* *om. C* [14] credere *AEαAsh* cedere *C* [15] iordanus *AC* yordanus *α* iordanis *EAsh* [16] anhelandum *Aα* anhelandam *C* anelandum *EAsh* [17] ita *ACαAsh,E^2 in mar.* illa *(ud.) E* [18] Cristum *AEαAsh* Iesum *E* [19] Amen *AEαAsh* Amen dico vobis in nomine Iesu Cristi *C* [20] Lipextic tactarrasut *(the first* a *is cr. out and ud., the third* a *ud.)* ed Cicoinitabus lisfrivo te lijsa suverciis Rediveren Mastrigi Jonnisha lephvik *C, i. e.* Explicit tractatus de Citacionibus frivolis et aliis versuciis reverendi magistri Johannis Vikleph Explicit tractatalus de citacionibus frivolis Incipit tractatus de cruciata id est contra bella clericorum *E* Explicit tractatus de Citacionibus frivolis et aliis versuciis anticristi *αAsh*

XXII.

DE DISSENSIONE PAPARUM.

DE DISSENSIONE PAPARUM.

Shirley's hypothesis, that the following Tract is a letter addressed to Bishop Spenser of Norwich, is based, I believe, on the Explicit of cod. C; the shortness of the Tract may also have influenced Shirley in his supposition. — I am not of his opinion. For such external evidence, as given in cod. C, is very often of merely relative or no value at all; cp. in this respect the tradition referring to Wiclif's so-called Letter of Excuse addressed to Pope Urban VI., Lechler, I, 713 ff. — On the other hand, it is to be observed, that none of the characters of a letter, such as allocution and epistolary conclusion are to be found here; whereas the Tract, following in α, from its very beginning manifests itself as a real letter. Thirdly, no personal reference to the bishop, either in the second or third person is made. — If we further compare this present Tract with its English parallel version, which contains no less than 8 chapters, it becomes evident that a work of this length cannot be taken as a letter. And the marginal gloss at the end of our Tract: hic non est finis *shows that it is, in its present state only a fragment.*

On the contrary, if we compare this fragment with the first chapter of the Cruciata, it appears that the Tract containing in a precise form the Author's gravest objections against the Papal Schism must be looked upon as a pamphlet, intended to arouse an agitation amongst the cultivated classes of England against the Pope. The English version (Arnold, S. E. W. III, 242 ff.) was apparently written for circulation among the people who did not understand Latin.

---

[1] *Shirley has not seen cod. α. Any evidence derived from this MS. is of not much value, α and C having very likely been copied from the same original.*

[2] *Shirley, Catal. calls also No. 61, 4 a letter; but Lechler has already shown, J. v. W. I, 713 Note 2 that it is not.*

From its very beginning: ideo ad generalem sentenciam dictam alibi *the fragment manifests itself as a supplement of a work which in the main treats of eschatological questions; and the text shows that it is a practical exposition of the signs of the end, referring to the perilous times of the Great Schism. In the first chapter of the Cruciata a large part of the fragment is reproduced verbatim by the Author.*

I. Summary of Contents.

The Papal Schism is according to Matth. XXIV a sign of the end of the world, p. 570—572. The Schism is caused by the Pope's worldly desire and greed for temporal power; therefore, the temporal lords should remove from the Holy See the cause of the struggle, its temporal power and possessions, p. 572. Every one, Pope or Prelate, contending against this measure, which is the only means of restoring to the Church the former peace, is guilty of open heresy, and every community taking up the cause of either pope, is in the service of Satan, p. 573. It is a lie to contend that to the Pope alone belongs the privilege of administering efficient indulgences in his own cause, as has been done while the Crusade to Flanders was in preparation, p. 573. But it is to be hoped that this war is not the work of, or undertaken by, the Pope himself, but by the Friars, who by their whole life and conversation destroy the peace of the Church, p. 574—575.

II. Date of Composition.

With Arnold, S. E. W. III, 341, I am inclined to suppose that the Crusade has not yet commenced, but that the short Tract is written while the first Papal bulls on the Crusade arrived in England. The term elevacio crucis *seems to be in favour of the former supposition. The Papal Bull directed to Bishop Spenser arrived in England about October 1382; shortly after the Bishop communicated it to the Parliament Nov. 9th 1382, see Walsingham, H. A. II, 71 ff., Lechler I, 705—706. The composition, therefore, is to be fixed about the end of 1382 or beginning 1383.*

III. Genuineness.

[45] *in C is add. in mar.:* Indulgencie ficte prudenter impugnande *C*[1] [46] cum *ABCDE* tamen *G* [47] concessione *ABDEG* confessione *D* [48] et *ABCDEG in E is* sic *add. above* et, *see above note 26, 33 and cap. I n. 14 and 20* [49] viderit *ABCDG,E*[3] *in mar.* videret *E* [50] quam *ACDEG* quod *B* [51] negativa *ACDEG,B*[1] *in mar.* necia *B* [52] *in C is add. in mar. above the col.:* Concessio auctoritas Cristi valida *C*[1] *in the text of E right across* S *(the initial of* Sexto) *is written:* non est capitulum aliquod [53] 6o *ABCD in mar. om. E,G, but here a new line begins* [54] cum *ABCDG,E*[3] *corr. above* quod *om. E* [55] *in C is add. in mar.:* Bellum fratres palliant, sed dolose *C*[1] [56] *from this fol. on the marginal glosses of C*[1] *are discontinued* [57] fundaverit *C* fundaverunt *ABDG* fundarent *E* [58] debet *BCDEG* debent *A* [59] recipere *ACDEG* rapere *B* [60] et *ABCDE om. G* [61] co. *ABCDE* sermone *(ud.)* co. *G*

non dimittitur peccatum nisi, restituatur ablatum; et secunda pars patet ex isto fidei articulo, quem apostolus sepe inserit: non debent admitti secte alique ad onus ecclesie,[62] et specialiter cum tam patenter fratres contra fidem spem et caritatem erraverint[63] et adhuc defendendo errorem, in quem inciderant, sunt iterum tantum vel amplius[64] erraturi. Que ergo contrata[65] defenderet et tam sumptuose nutriret tales et tantos periculosos hereticos, cum consensus talium preter[66] hoc, quod parat periculum, facit cum eis[67] manifestum participium in[68] peccato. Tales[69] autem heretici sunt proni ad lapsum similem in peccato et ad bellum interpretes regni[70] iterum suscitandum. Quis[71] ergo fructus regni[72] talis infideles illegios[73] taliter defendere et fovere?

Septimo[74] dictum est, quod sicut sathan per inieccionem[75] unius radicis peccati, scilicet superbiam[76] primorum parentum intoxicavit genus humanum et iterum per dotacionem contra Cristi regulam intoxicavit clerum et sic superbos et cupidos[77] ad bella et discordias excitavit, sic per apercionem unius mendacii de thesauro sue ficticie, quem habet de suis absolucionibus et indulgenciis, totam ecclesiam occiduam discrasiat.[k] Cum enim tota ecclesia nostra[78]

---

debeat ipsos recipere u. f. E. e. v. s. c. p. et n. st. in c., q. r. n. incolorate spoliant multis viis [i] *cp. August. Opp. Tom. II Ep. ad Macedon. CLIII p. 532, A: si enim res aliena, propter quam peccatum est, cum reddi possit, non redditur, non agitur paenitentia, sed fingitur, si autem veraciter agitur, non remittetur peccatum, nisi restituatur ablatum, sed ut dixi, cum restitui potest* [k] *with ref. to this passage, cp. De Diss. Paparum, above p. 574:* Et ex istis potest octavo fidelis colli

---

[62] *in D is add. above the col.:* Non debent admitti alique secte ad onus ecclesie *D*[1] [63] erraverint *CDG* erraverant *ABE* [64] amplius *BCDEG* plus *A* [65] contrata *ABCDG* contrariata *E* [66] preter *ACDEG,B*[1] *in mar.* post *B* [67] cum eis *BCDEG* cunctis eis *(?) A* [68] in *ABCDEG* esse *E*[3] *in mar.* [69] peccato Tales *etc. BCDEG* peccato et ad bellum *etc. A, the scribe, led astray by* peccato *got into the wrong line* [70] regni *ACDEG* regno *B* [71] quis *ABCDG,E*[3] *in mar.* quos *(ud.) E* [72] regni *CD* regno *ABEG in mar.* [73] illegios *ABE* illegiones *C* illegitimos *DG* [74] 7° *ABCE*[1] *in mar.* VII° *D in mar.* *om. G, but here a new line begins; I do not notice any more this marginal note* [75] inieccionem *ACDG,E (ud.)* in vexionem *B* per vexionem *E*[3] *in mar.* [76] superbiam *ABCDG* superbia *E* [77] pudicos *(ud.)* cupidos *in E* [78] nostra *ACDEG,B*[1] *in mar.* *om. B*

occidua sit cum uno papa vel altero opere[79] vel consensu, et[80] uterque ipsorum[81] sit patule anticristus, patet conclusio.[82] Nam iuxta prius[l] dicta, uterque eorum[83] contendit et[84] se ipsum defendit pro dominio adiacente papatui, et hoc[85] est expresse contrarium[86] legi Cristi; ideo uterque eorum est patulus anticristus, et quicunque similaverit excusacionem alterius in hac parte, excusat indubie partem dyaboli contra Cristum. Debet enim uterque eorum se ipsum secundum legem dei regere, consiliarios sibi assistentes instruere et dissensionem[87] istam per humilitatem et renunciacionem omnium, que possidet, in Cristi[88] pauperie consedare.

Octavo[89] dictum est, quod bellum, ad quod papa excitat, directe[90] committitur contra Cristum. Cristus enim ordinavit cunctos suos apostolos et Petrum precipue in humilitate, in ministerio caritatis et in paupertate virtuosa perpetue[91] stabiliri[92]; anticristus autem laborat assidue, ut ista omnia in Petri vicario infringantur et ad statum directe contrarium[93] reducantur. Et ad[94] istud complendum fingit mendaciter, quod Cristus concessit[95] infinitas indulgencias cuicunque[96] opere,[97] labore[98] vel consilio adiuvanti,[m] ac si diceret[99] implicite, quod Cristus in sua ordinacione desipuit, sed non ex deliberaciori[100] concilio wlt contrarium evenire. Sed ubi plus horren || da blasphemia? || C fol. 135b

---

gere, quod sicut sath. p. i. un. ossis venenati intoxicavit clerum et populum, ac iracundos ad bella et discordias irritavit, sic per ap. u. m. de th. s. f., q. h. de s. a. e. i., t. e. discrasiat. Nam eius *etc.* [l] *cp. above p. 591* [m] *cp. Walsingham, H. A. II, 76 ff.*

---

[79] opere *ABCDE* ope *G* [80] et *ABE* *om. CDG* [81] ipsorum *ACDEG* eorum *B* [82] conclusio *ABCDG,E³ in mar.* ergo *(ud.) E* [83] eorum *ACDEG* ipsorum *B* [84] et *ABCDG,E³ in mar.* *om. E* [85] hoc *ACDEG,B¹ corr. into the text* *om. B* [86] contrarium *ACDEG,B¹ in mar.* *om. B* [87] diss. *ABCDG* discens. *E* [88] Crististi *in D* [89] 8 *ABC in mar.* VIII⁰ *D in mar.* *om. E,G, but here a new line begins* [90] directe *ACDEG,B¹ in mar.* ducem *B* [91] perpetue *ACDG* paupertate *(cr. out)* perpetue *B* perpetuo *E* [92] stabiliri *BCEG* stabilire *AD* [93] dir. cont. *ACDEG,B¹ in mar.* *om. B* [94] ad *ACDEG,B¹ corr. into the text* *om. B* [95] concessit *CDG* concedit *ABE* [96] cuicunque *ACDEG* et ad istud complendum *(cr. out)* cuicunque *B* [97] opere *ABCDE* ope *G* [98] labore *ABCDG* laborare *E, but* ra *ud. by E³* [99] diceret *CDG* diceretur *ABE* [100] sed non e. d. *C* sed modo e. d. *ABDG* sed m. n. ex deliberatori *E*

Dictum est nono, quod in isto catheclismo debet fidelis attendere verbis Cristi. Nam Matth. 24 precipit in casu consimili:[101][n] nolite credere etc.[102]; nam dyabolus ex cautela[103] mendacii, que tercio temptavit Cristum Matth. quarto,[o] promittit suo vicario mendaciter per talem fictam absolucionem omnia regna mundi. Facile quidem esset ad quecunque regna mittere mendacia tamquam fidem et succedente opportunitate movere suos filios ad mendacem perfidiam prosequendum,[104] ut si excommunicat[105] quemcunque[106] impedientem suum propositum in ista crucis ereccione et magnus[107] populus ex defectu fidei sibi credit, posset faciliter multiplicatis suis filiis populum et thesaurum de regno Anglie et quocunque alio exhaurire, et sic quecunque regna de manu mundi principum sibi adquirere per simulata mendacia tamquam fidem.[p]

Ideo[108] dictum est,[109] cum talis summus ypocrita tantum perturbat ecclesiam[110] totus cristianimus daret operam ad maliciam suam prudencius deprimendum et vel[111] ad pauperem statum apostolicum reducendum, vel ad media, per que seducit ecclesiam, destruendum. Unde dicunt aliqui, quod laborantes in ista crucis ereccione contra ambos istos papas suas vias dirigerent et pro isto fine ex amore Cristi prudencius laborarent. Unde ipsis exhorbitantibus in[112] vias alias potest dirigi verbum Elizei IV Reg. 6[113][q]: non

---

[n] *v. 23* [o] *v. 1 ff.; v. 9* [p] *with ref. to this passage, cp.* ***De Diss. Paparum*** *above p.* 575: Et more suo, quo temptavit Cr. Matth. 4, pr. s. v. m. p. t. f. a. o. r. m. F. q. e. ad q. r. m. m. t. f. et s. o. m. s. f. a. m. p. p., ut si e. q. i. s. p. in i. c. er., faciliter posset m. s. f. p. et th. de r. A. exhaurire, et sic quec. r. de m. m. p. s. a. p. s. m. t. f. [q] *v. 19*

---

[101] cons. *has undergone a corr. in B* [102] credere etc. *C* credere *ABDEG* [103] nam d. ex c. *ACDEG,B¹ in mar. om. B* [104] prosequendum *ACDEG* prosequendam *B* [105] *in A is add. in mar.:* Excommunicacio *A¹* [106] quemcunque *AB CDG* quecunque *E* [107] magnus et *(cr. out)* magnus *in B* [108] ideo *CDG* decimo *ABE* [109] est *ACDEG,B¹ corr. into the text om. B; from here on I do not notice any more the numerous corrections of B¹, as far as they agree with the readings of C* [110] *in D is add. in mar.:* Ypocrita summus perturbat tantum ecclesiam *D¹* [111] vel *ABCDG* talis *E* [112] in *ACDG,E (ud.)* per *B,E³ in mar.* [113] 6º *ABDE* 3º *C* 13 *G*

est hec[114] via, nec ista est[115] civitas, sequimini me et ostendam vobis virum, quem queritis. Iste autem infamis binarius[116][r] est vir, quem debent[117] querere, qui propter lucrum temporalium sic perturbat ecclesiam nostram occiduam, et illum debent ad statum, quem Cristus instituit, prudenter reducere et redditus, quos anticristus iste dolose occupat,[118] ad veros dominos restaurare, faciendo modestius, quo sciverint[119] iusticie complementum.[120]

CAP. III.[1]

Cum dyabolus laborat assidue ad divisionem[2] ecclesie et specialiter in fide catholica, cum per hoc fundamentum firmiter stabilitum stat corpus ecclesie contra dyabolum, ideo omittendo articulos fidei patris potencie pertinentes rebellat multipliciter contra Cristum et specialiter, quod statuta et scripta papalia admittantur et credantur a tota ecclesia tamquam fides. Sic enim Sergius monachus[3] totam sectam Saracenorum a fide Cristi callide separavit,[a]

---

[r] *the two popes are meant by this term.*

CAP. III. [a] *Cp. De Pontific. Rom. Schismate ed. Arnold, S. E. W. III, 245: and þis mevede þe fende, aftir þe dowynge of þe Chirche, to use þe monk Sergyus, and turne men of þe Chirche to all þecte of Saresenes, þat is now ful large; cp. ibid. 99: And þus dude þe Machamete and Surgeus þe monk, whanne þey made a lawe after þer owene malys etc. Sergius (as the western writers call him) or Bahira (according to oriental sources), a Nestorian monk of Bassorah, is said to have predicted the great career of Mahomet to his guardian Abu Taleb, and to have given him instruction in the tenets of Christianity. W. mentions him frequently, cp. above p. 91*

---

[114] hec *ABCEG* ista *D* [115] ista est *ACDG* est ista *B* ista *E*, *but* est *is add. by* E^3 *in mar. before* ista [116] binarius *ABCE* viarum contrarius *D* viarum *G* [117] debent *ABCEG* debet *D* [118] occupat *ABCDG* occupavit *E* [119] quo sciverint *ACDG* quo sciverunt *B* constituerunt *E* [120] complementum 3^{m} *C* complemendum *AG* complementum Cap. secundum *B* complementum Et sequitur aliud capitulum etc. *D* complemendum Cap. 3^{m} *E*

CAP. III. [1] Sequitur cap. 3^{m} A^1 *in mar.* III *D* *the other codd. are without this gloss, in G a new line begins* [2] divisionem *ABDE* decisionem *CG* [3] *in AE is add. in mar.:* Sergius A^1E^2 *in D in mar.:* Sergius monachus totam sectam Saracenorum a fide Cristi separavit callide D^1 *in mar.*

sic Greci videntes nostri pape versucias stant secure[4] et clare in solida fide Cristi, sic eciam[5] tota India stat in fide Cristi primeva relinquendo tradiciones pape nostri occidui et cuiuscunque alterius a Cristo[6] divisi, nisi de quanto concordaverint[7] legi Cristi, cum diviso sathana, quomodo stabit eius[8] regnum? Et ista[9] videntur || *C fol. 136a* multis esse tempora periculosa, que apostolus futura pro diebus || novissimis prophetavit II Tim. 3.[10] [b] Creditur enim probabiliter, quod dyabolus circueundo terram et temptando homines habet quoddam solacium vel minus de pena, quam[11] habebit post diem iudicii perpetuo[12] condempnatus.[13] Et cum sit certus ex fide sua informi, quod non erit dies iudicii, antequam predestinatorum numerus sit completus, cum suspicatur hodie ex dictis propheticis et scriptura, quod prope sit[14] illum diem, pro causa predicta temptat acucius, quam solebat, et propter causam consimilem temptat hominem gravius in mortis articulo quam perante.[15] Tunc enim scit, quod suus superatus, usque ad mortem per eum depressus,[16] est in finali iudicio condempnandus, et sic oportet de tanto, quod tempus precedens diem iudicii elongetur, quia per hoc accrescit sibi alleviamen, victoria de suis hostibus et mali multiplicacio, ut estimat, contra Cristum. Sic enim divisit hos papas, ut per divisionem illam acuatur bellum sive dissensio[17] inter regna, et quod ille grex pusillus in fide Cristi residuus habeat multa capita, per quorum perfidiam et vite nequiciam fideles domini amplius sint divisi. — Et per eandem cautelam introducte sunt secte, ut monachi, canonici, atque fra-

---

[b] *v. 1—2: hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa; erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti etc. cp. I Tim. 4, 1; II Pet. 3, 3*

---

[4] secure *BCDEG* solide *A* [5] eciam *ABCDG* et *E* [6] a Cristo *ABCDE* exemplo *G* [7] concordaverint *BCDEG* concordaverit *A* [8] eius *B*, *E*[3] *in mar. om. ACDEG* [9] ista *ABCDE* ita *G* [10] II Thi. 3o *ABCD* II ad Thy. 3o *G* II Thi. *E* [11] *from here on in the text of C the following six lines are in very pale ink, but by the same hand as the preceding (down to* superatus usque ad) [12] perpetuo *ACDEG* perpetue *B* [13] condempnatus *ABCD* dampnatus *EG* [14] sit *ABCDG* scit *E* [15] per ante *ABCE* pro ante *D* ante *G* [16] depressus *ABCEG* depressius *D* [17] dissensio *ABCDG* discensio *E*

tres,[c] et ista divisio sectarum prenosticat divisionem infidelium amplius adventuram,[18] et remedium fidelium in fide superstitum[19] foret, quod servent fidem, spem et caritatem, que sunt theologice[20] armature.[21] In fide[22] autem non dubitent[23] nec acceptent tradiciones apocrifas,[24] tamquam fidem.

Quidquid ergo ut fides proponitur, videndum est primo[25] subtiliter,[26] quod[27] sit pars vel[28] consequens ad fidem domini Iesu Cristi,[29] quod si non, fidelis secure[30] ipsum renuat et ut partem cristiane[31] fidei non admittat. Ideo est magna prudencia adhibenda ad materiam fidei a materia spei atque[32] apocrifi distingwendum,[33] et sic bulle et leges papales, scripta sanctorum et dicta ex suis vitis a quocunque homine reportata sunt a materia fidei renuenda, quia inter omnes subtilitates dyaboli hec est una, quod paulative talia apocrifa[34] introducat et per ipsa falsa et fidei contraria ut credenda.[35] Et sic necesse est obstare principiis inimici. Et oportet fideles armari precipue contra quatuor sectas et complices earundem, scilicet contra pseudopapas cum suis filiis[36][d] et contra tres sectas ypocritarum, scilicet monachos, canonicos[37] et fratres, ex cautela dyaboli ad onus ecclesie introductas. Per has[38] enim quatuor nititur dyabolus fidem catholicam enervare, et ex cautela ypocrisis reges et seculares[39] dominos trahit sibi.

---

[c] *further on l. 18—19 these three are called the* secte ypocritarum; *the* prima secta *is omitted here* [d] *generally called the* clerus cesareus

---

[18] *in AC is add. in mar.:* Nota A^1 C^1 [19] superstitum *ABCDE* substitutum foret *(underlined)* superstitum *G* [20] theologice *ABCDE* catholice *G* [21] *in D is add. in mar.:* Armature D^1 [22] fide *ABCEG* die *D* [23] dubitent *G*,C^3 *in mar.* titubent *ABCE* dubitent vel non titubent *D* [24] apocrifas *ABCDG* ypocrifas *E* [25] primo *BCDEG om. A* [26] subtiliter *ACDEG om. B* [27] quod *CDG* si *AE*,B^1 *in mar. om. B* [28] sit *(cr. out in the text of) B, but* si sit pars vel *is add. in mar. by* B^1 [29] dom. Ie. Cri. *ABCD* dom. nostri Ie. Cri. *E* dominum Iesum Cristum *G* [30] secure *ACDEG* enim sec. *B* [31] cristiane *ABE* cristianam *CDG* [32] atque *CDGE* et *AB* [33] *in D is add. below the col.:* Prudencia magna adhibenda est ad materiam fidei atque apocrifi distingwendum D^1 [34] apocrypha *ABCDG* ypocrypha *E* [35] credenda *ABDEG, in C first cr. out, but afterwards the stroke was half erased* [36] filiis *ABCEG* fideliis *D* [37] can. *ABCDE* et can. *G* [38] has *ACEG* hos *BD* [39] seculares *ABCE om. DG*

Sic enim in nostris diebus prevalet pars ista dyaboli, quod a regibus et mundi potentibus[40] exit[41] mandatum,[e] quod, quicunque contradixerit huic parti vel non efficaciter promoverit, excommunicetur, carceri[42] mancipetur vel ut contemptibilis[43] et suspectus[44] de heresi ab aliqua istarum quatuor sectarum persecucionem pa- || *C fol. 136b* tentem[45] vel subdolam paciatur || sic, quod 'nisi abbreviati fuerint dies illi, non fieret salva omnis caro'.[f] Ista autem persecucio in elevacione crucis in causa Urbani sexti est hodie recensius renovata[46] et hoc per censuras ecclesiasticas et persecuciones mundanas multiplices.[47] Et omnia ista in facto innuunt, quod pars dyaboli exaltetur et pars Cristi per istum populum substernatur, ut a nido[48] heresis dicitur exire dirum mandatum, quod quicunque[49] contradixerit precepto Urbani sexti[50] debellando[51] suum adversarium et statum suum cesareum exaltando[52] sit[53] excommunicatissimus et ut infidelissimus a cristianis[54] singulis pertractatus; et quicunque iuverit[55] in causa ista ope,[56] consilio vel labore, sit a Cristo a pena et a[57] culpa plenarie absolutus. Et a mundi exordio usque hodie non fuit talis blasphemia publicata, sic, quod nisi solacium fidei de brevitate illorum dierum[58] fideles adiuverit,[59] non auderent[60] parti domini consentire. Nam pauci vel nulli sunt, qui audent[61] se exponere martirio in hac causa, et tamen scimus, quod a tempore Cristi non

---

[e] *cp. the Royal Mandate in Knighton, X Scipt. Angl. col. 2673*
[f] *cp. Matth. 24, 22*

---

[40] *in A is add. in mar.:* Nota *A*[1] [41] exit *ABCDG* exiit *E* [42] carceri *ACDEG* tortori *B* [43] contemptibilis *ABCEG* contemptus *D* [44] suspectus *ABCEG* suspectibilis *D* [45] patentem *CDG* pacientem *ABE* [46] renovata *ABCEG* innovata *D* [47] mult. *ABCEG* et mult. *D* [48] a nido *ABCDG* avide *E* [49] *in E is add. in mar.:* Nota *E*[2] [50] sexti *ABCDG,E*[3] *in mar. om. E* [51] *in A is add. in mar.:* Nota timide *A*[1] *in E is add. in mar.:* timide *E*[2] [52] advers. e. st. s. c. exalt. *ACDEG* adversarium at (at *cr. out & ud.)* exalt. *B, but above the col. is add.:* Et st. s. ces. *B*[1] [53] sit *BCDEG* sic *A* [54] a crist. *BCDEG* cristianus *A* [55] iuverit *ABCEG* innuerit *D* [56] ope *A(?)DG,C the stroke through the* p *is erased* opere *BE* [57] a *CDG om. ABE* [58] de brev. ill. di. *ABCDG* debreviate dierum istorum *E* [59] adiuverit *BCDEG* adiuverunt *A* [60] auderent *ABCDEG* auderent *is add. in mar. by E*[3]*; it strikes me, that E*[3]*, who is not a bad corrector, has in this present chapter done his work carelessly, cp. note 61* [61] audent *ACDEG* auderent *B,E*[3] *in mar.*

fuit melior causa martirii nec gloriosior triumphus illi,[62] qui[63] in causa domini audet[64] stare. Non enim quietatur ista persecucio in multis milibus corporum occisorum, nec solum in fraudulentis spoliacionibus[65] ypocritarum ut specialiter patet in Anglia, sed, quod[66] est gravius, in subversione fidei et perfida exaltacione partis dyaboli, sic, quod multi occisorum, quos[67] anticristus dicit sine pena ad celum ascendere, moriuntur infideliter in hac persecucione perfida[68] iam regnante.[69]

CAP. IV.

Potest autem palpari in ista materia sentencia fidei cristiane: nonne foret ille manifestus proditor, qui in absencia domini teneret vicarie regnum suum et sponsam suam contra inimicos secundum legem dei[1] gubernandam et in absencia sponsi contra legem suam introduceret hostes suspectos et vivendo tyrannice illis hostibus consentiret[2] et omnino[3] tanquam legem defenderet, quod sic de voluntate summi domini eveniret. Proporcionalia quidem sunt in papa et militante ecclesia, intelligendo[4] ipsam ut regnum Cristi et eius sponsam et intelligendo professionem pape vicariam et reliqua eius opera iuxtaposita legi ewangelice, quam dederat ad regnum suum, hoc est, militantem ecclesiam vel sponsam Cristi celitus gubernandam.

Numquid credimus, quod papa in propria persona servat mandata, que Cristus dedit apostolis? Numquid secundum legem ewangelicam instruit regnum Cristi, sicut Cristus fecerat tam opere quam sermone? Certum quidem est, quod introducendo hostes contra

---

[62] *in AC is add. in mar.:* Nota A^1C^1 [63] illi qui *ABCEG* aliqui *D* [64] audet *ABCG* audent *DE* [65] spoliacionibus *ABCEG* spolia ovibus *D* [66] quod *ABCDG*,E^3 *in mar.* quomodo *E* [67] quos *ABE* quod *CDG* [68] persecucione perfida *ABCDE* prosecucione perfidie *G* [69] regnante C^m 4^m *AC* regn. c^m 3^m *B* regnata c^m 4^m *E*, *but in mar.* regnante E^3 regnante *G,D*, *here in mar.:* IIII.

CAP. IV. [1] dei *ABCE* domini *DG* [2] consentiret *ABCG,E here the concluding*-t *is add. by* E^3 contentum *D* [3] ōmnino *ABCD,E (ud.)* omnia *B*,E^3 *in mar.* [4] intelligendo *ABCE* intelligenda *DE*

doctrinam domini consentit hostibus[5] proditorie contra Cristum. Cristus enim dixit Luc. 14[a]: qui non renunciaverit omnibus, que possidet, non potest meus esse discipulus. Sed iste vicarius dicit cum dyabolo, quod sua debent esse omnia regna mundi. Cristus docet implicite, quod non debent in suam ecclesiam secte alique nisi secte cristianorum secundum formam, quam ipse dederat, intro- || *C fol. 137a* duci. Dictus autem vicarius introducit || multas sectas extraneas et confirmat suos ordines contra regulas, quas ad gubernacionem sue ecclesie Cristus dedit. Numquid credimus, quod vicarius talis perfidus sit manifestus dei proditor et patulus anticristus? Per ipsum enim humilitas et[6] paciencia cum aliis virtutibus expirarunt, et per consequens[7] consentit proditorie dyabolo, hosti Cristi. Cum enim Cristus docet in suo apostolo,[b] quod sint non se[8] ipsos[9] seculariter defendentes, iste vicarius docet, quod homines se ipsos defendant tam vita quam verbis in causa ficta per dyabolum contra Cristum, et ad hoc fingant[10] mendacia contra deum.

Quis,[11] rogo, pertinacius aut studiosius in causa mere[12] seculari umquam[13] defendat[14] partem suam, aut[15] quis umquam posset fingere pro hoc fine mendacia maiora contra deum? Et sic vel[16] oportet legem et vitam Cristi deserere vel istud factum contra vitam[17] Cristi et eius doctrinam patenter ascribere anticristo. Et cum ovile Cristi secundum doctrinam suam in fide catholica debet dici, patet, quod talis vicarius nedum est proditor Cristi et sue ecclesie, sed singularum ovium, quas Cristus ad beatitudinem destinavit. Et si homo studeat[18] chronicas a mundi exordio, non videbit, quod dyabolus patencius fuit contrarius Iesu Cristo, quam

---

CAP. IV. [a] *v. 33* [b] *cp. Rom. 12, 19*

---

[5] hostibus *ABCDG,*E^3 *in mar.* *om. E* [6] et *ABCEG* *om. D* [7] *in AE is add. in mar.:* Nota A^1E^2 [8] non se *CD,*B^1 *in mar.* enim *(cr. out)* se *B* se *AG, E, but in mar. is add. by* E^3 *(from B)* enim [9] ipsos *ABCDG* ipsios *E* [10] fingant *ABD*E^3*G* fingunt *C* *om. E* [11] f. m. c. d. quis *ABCDG,*E^3 *with mark of ref. below the col.* quis *E* [12] mere *ABCEG* iure *D* [13] umquam *AB* numquam *E* studiosius *CDG* [14] defendat *C* defenderat *ABDEG* [15] aut *ABE* umquam aut *CDG* [16] vel *ABCDG* talis *E* [17] vitam *CDEG* legem *AB* [18] studeat *ABCDG* studiat *E in mar.* *in B* Et si homo studet *is repeated*

innuendo pro despoliacione[19] regnorum de populo et thesauro, quod dedit[20] sibi specialiter illam licenciam, quod daret indulgencias,[21] quantascunque[22] libuerit, cuicunque, qui voluerit partem suam defendere contra Cristum et cuicunque, qui vellet[23] occidere quemcunque, qui ordinacionem Cristi defenderit in hac parte. Sic enim implicite dicit papa, cum notum sit ex fide, quod Cristus vixit vitam summe[24] pauperem, et sic ordinavit eius apostolos et cunctos eius vicarios vivere, quantum bene poterant ipsum sequi. Sed[25] rogo: quis vivit Cristo difformius quam papa?[c]

Et pro ista difformitate defendenda conturbat sic populum et excitat sic homines ad pugnandum. Et cum ex fide II Cor. ultimo[d] non data fuit apostolo potencia,[26] nisi ad edificacionem ecclesie in amore,[27] patens est, quod hec potencia false fingitur supra Cristum. Sed ubi excogitare posset fidelis in domino magis blasphemum mendacium?

Et cum fratres et filii paparum sunt in hoc consentanei et in isto opere proditorio collaborant,[28][e] manifestum est, quod ipsi sunt in eadem dampnacione contra domini Iesum Cristum.

O, si anticristus 'sic in[29] viridi ligno faciat',[30][f] quantum vellet cum membris suis facere potestate sua[31] ad plenitudinem potestatis dyaboli indurata?[32] Et iste conquestus est magis dyabolicus quam

---

[c] *cp. the same idea De Christo et s. Adv. cap. XI and cap. XII* [d] *v. 10: ideo haec absens scribo, ut non praesens durius agam secundum potestatem, quam dominus dedit mihi in aedificationem et non in destructionem* [e] *the Mendicant Friars in particular had made the crusade the principal subject of their sermons in order to enroll soldiers for it, cp. Matthew 491; Walsingh. II, 95; Lechler I, 706* [f] *cp. Luke 23, 31*

---

[19] despoliacione *C* depopulacione *ABDEG* [20] dedit *CDG* deus dedit *ABE* [21] *in AE is add. in mar.:* Indulgencia A^2E^2 [22] quantascunque *ACDEG* quascunque *A* [23] vellet *CEG* volet *ABD* [24] summe *BCDEG*, A^3 *corr. into the text om. A* [25] Sed *ACDEG om. B* [26] fide II C. u. n. d. f. a. p. *ABCDG* fide n. d. f. a. p. II C. u. *E* [27] *in D is add. above the col.:* Apostolo non data f. p. n. ad ed. e. in a. D^1 [28] et in i. o. p. collaborant *C* ac i. i. o. p. coll. *A,E, but here in mar.* corroborant et in i. o. p. corroborant *B* et in i. tempore p. colloberant *D* et ista tempore p. tollerant *G* [29] sic in *ABCDG* in *(ud.) E, but* sic *by* E^3 *in mar.* [30] faciat *ABCDG* sic faciat *E* [3] potestate sua *ABE* potestatem suam *CDG* [32] indurata *BCDEG* indurato *B, the* o *corr. (by* B^1 *?) into* a

aliquis alius, qui fuit a mundi exordio cogitatus, et sic dyabolus innuit suam excellenciam[33] supra[34] Cristum, cum Cristus non potuit sic[35] facere, et ipse tamquam mendacissimus potenter in suo vicario || *C fol. 137b* ita[36] facit. Sic enim silogisant[37] sophiste, quod peccator potest multa || facere supra deum.[38]

Stemus ergo[39] in fide viriliter et confortemur in domino, qui caput anticristi diviserat et excitat unam partem aliam debellare.[40] Nec dubium, quin totum istud fidelibus cooperetur in bonum et in unitatem[41] sancte matris ecclesie, nec dubium, quin crimen hoc capitale fuit pro tempore notabili[42] in crescendo. Et si caput renuitum fuerit vel[43] parte una suppressa, reliqua creverit secundum formam antiquam, erit[44] novissimus error peior priore, et fideles domini crudeliter cruciati. —

Eya, milites Cristi,[45] iuvate fideliter[46] suos pauperes in hac causa, quia magis gloriosus conquestus numquam fuit vobis appositus ad vestrum dominium secundum concessionem Cristi de manu dyaboli conquirendum. Ideo debetis generaliter simul stare in isto puncto et concorditer,[47] cum in isto certamine, quod non est nimis difficile, non est carencia lucri temporalium, sed acquisicio beatitudinis[48] militi, qui fideliter perseverat. Habeat ergo fidelis laborans in isto certamine intencionem mundam, quod faciat[49] pure pro defensione[50] legis domini Iesu Cristi.[51]

---

[33] excellenciam *ABCDG* extollenciam *E* [34] supra *ABCDG,E (ud.)* contra E^3 *in mar.* [35] sic *ABCDG* *om. E* [36] ita *ABCDG,*E^3 *in mar.* illa *(ud.) E* [37] silogisant *C, add. below* si *by* C^2 phi silogisant *G* perlogizant *ABE* prehilogizant *D* (p̄hilogizāt) [38] deum *ABCEG* Cristum *D* [39] ergo *ABCDG* igitur *E* [40] debellare *ABCDG* bellare *E, but* de *is add. in mar. by* E^3 [41] unitatem *D* utilitatem *ABCEG* [42] pro t. n. *CG* per tempus notabile *ABE* pro t. notabile *D* [43] vel *ABCDG* quod absit vel *E* [44] erit *ACDEG* et *B* [45] *in AE is add. in mar.:* Milites Cristi A^1E^2 *in C in mar.:* Nota [46] fideliter *ABCDG,*E^3 *in mar.:* viriliter *E* [47] concorditer *BCDG* corditer *A,E, but* con *is add. above* cor *by* E^3 [48] beatitudinis *ABDEG* *om. C* [49] faciat *ACDEG* facit *B* [50] pure pro defensione *ABCDG,*E^3 *in mar.* pro edificacione *E* [51] Cristi 5m *C* Cristi Capm 5 *A* Cristi Cam quartum *B* Cristi etc. *D* Cristi Capm 5um *E* Cristi *G, no new chap. in G, but a new line begins.*

CAP. V.[1]

Sed contra istam sentenciam primo wlgariter replicatur, quod contradicentes huic graciose[2] absolucioni sunt manifesti heretici et pauci contra cleri multitudinem,[3] que constancius stat cum papa. Cum ergo vox[4] populi sit vox[4] dei, videtur, quod illi singulares adversarii sint tamquam heretici lapidandi.

Hic dicitur, quod argucia illa[5] informis pharisaica[6] dependet super stulticia populari. Cum enim stultorum sit infinitus numerus, ut dicitur Eccles. primo,[a] et multi sunt vocati, pauci electi, ut dicitur Matth. 22,[7] [b] idem est, ac si anticristus sic argueret[8]: pars dyaboli habet multiplicius falsum[9] testimonium contra Cristum, ergo parti illi populus debet credere contra deum.[10] Pharisei enim miserant[11] ad temptandum Cristum ministrorum multitudinem cum Herodianis, false sibi primitus[12] adulantes, ut dicitur 22,[c] ut,[13] quem vincere racione non poterant, superent[14] calliditate et multitudine testium falsorum, quod contigit[15] posterius, quando Cristus ex falsorum testimonio dampnabatur. Et[16] istud figuratum est III Reg. 18,[d] ubi quadringenti sacerdotes Baal fuerant contra prophetam domini Eliam, qui ex parte domini remanens fuit solus.

Est ergo argumentum topicum, cum tanta multitudo et tales tenuerint[17] partem unam, non fundatam ex testimonio[18] legis dei,[19] tunc probabiliter est suspecta.

CAP. V. [a] *Eccles. 1, 15 (cp. Vulgata)* [b] *v. 14* [c] *v. 15—16* [d] *v. 22: et ait rursus Elias ad populum: ego remansi propheta Domini solus, prophetae autem Baal quadringenti et quinquaginta viri sunt*

CAP. V. [1] 5m *C* 4 *B* V *D* Nota multitudinem *A*[1]*E*[2] *in mar.* [2] graciose *ABCDE* gloriose *G* [3] *in D is add. in mar.:* Contra cleri multitudinem *D*[1] [4] vox *CDGE* lex *AB,E*[3] *in mar.* [5] illa *ABCDG* ista *E* [6] pharisaica *ABCE* phariseica *DG* [7] 22º *BCDG* 20º *AE* [8] *in D is add. in mar.:* Argucia anticristi de parte maiori contra Cristum *D* [9] falsum *ABCDG,E*[3] *in mar.* secundum *(ud.) E* [10] deum *ABCDE* dominum *G* [11] miserant *CG,D (texthand) in mar.* miserunt *ABE* ministrant *(ud. & cr. out) D* [12] primitus *ABCEG* prius *D* [13] ut *AEG,C (corr. by the texthand)* et *B,C (cr. out)* [14] superent *BCDEG* surriperent *A* [15] contigit *ABCE* contingit *DG* [16] Et *ABCEG* Est autem *D* [17] tales tenuerint *C* tales tenuerunt *DG* talis tenuerunt *AB* talis tenuerit *E* [18] testimonio *ACDEG* testimoniis *B* [19] dei *ACDEG* domini *B*

Videnda ergo est conversacio multitudinis et eius fundacio, quomodo[20] consonat cum scriptura, et indiffinite vere dicitur,[21] quod vox[22] populi est vox[22] dei, populi videlicet simplicis, spiritu dei ducti. Sic enim dixerunt Iudei, quod nullus ex principibus Cristo credit,[23] sed populus hic maledictus, qui legem adinventam ignorat.

Talis ergo wlgaris argucia militat contra falsarium argumentatorem,[24] specialiter cum lex Cristi sit per se sufficiens et veritatis, quam est necessarium[25] cristianum credere, decisiva, et eo[26] evidencius, quo dictum vel[27] factum adversancium non sonat in pa-
|| *C fol. 138a* cienciam vel regulam[28] caritatis, sed pocius || in luciferinam superbiam[29] se ipsum dyabolice vindicandi. — Sed que condicio est Cristo magis contraria vel invidie dyabolice[30] magis similis? Scarioth enim propter minus patentem avariciam fuit vocatus a Cristo dyabolus, et sic[31] Cristus non potest in verbis a veritate deficere; et revera non videtur securum in fide et vita duci per multos huiusmodi scariothas.[32] Similiter[33] cum in lege veteri, quando licitum fuit ex mandato domini adversarios debellare,[34] legitur de Achan[35] lapidato Ios. 7[e], quod populus domini fuerat superatus, et levis culpa unius persone fuit usque ad mortem crudeliter[36] condempnata.

Cum ergo ex[37] licencia pape multi pseudofratres, presbiteri et secte alie regulares delinquunt gravius in hac pugna, verisimile est, quod totus exercitus sit saltem[38] spiritualiter[39] superatus. Nam

[e] *vv. 1 and 5*

[20] quomodo *ABCDE* quoniam *G* [21] vere dicitur *ABCEG* venditur *D* [22] vox *ABCDEG, but see above note 4* [23] credit *CDG* credidit *ABE* [24] argumentatorem *C* arguentem *BDEG* argumen *the last syllable illegible, but in mar. is add.* tatorem A^3 [25] necessarium *BD* necessariam *ACEG* [26] decisiva et eo *ABDEG* de et eo *(sic) C* [27] vel *CD* et *ABEG* [28] regulam *BC* in reg. *ADEG* [29] luciferinam superbiam *ABCEG* luciferina superbia *D* [30] dyabolice *ABCDE* dyaboli *G* [31] sic *CDG* *om. ABE* [32] scariathas *B* scariothos *CED,A (?)* scariothes *G* [33] *in A is add. in mar.:* Primo A^1 [34] *in AE is add. in mar.:* Nota bellum A^2E^2 [35] Achan *B (here a correction)* Achor *ACDG* achar *E* [36] crudeliter *ABCDG,*E^3 *in mar.* crucialiter *E* [37] ex *ABCE* talis *DG* [38] saltem *ABCDG* salanie *(?* salamie) *E* [39] spiritualiter *ABCDG* specialiter *E*

habendo corporalem victoriam videtur divinum iudicium permittere, quod sordescat, ut post profundius condempnetur. Sic[40] enim persona ex dei presciencia[41] desperata in sua culpa propter causam huiusmodi invalescit. Similiter[42] si irregularitas contrahitur in sacerdotibus[43] ex peccato, ut sanctus rex[44] David, quia[45] fuit vir sangwinum, non edificavit templum materiale domino, sed eius edificacio fuit filio eius Salomoni, regi pacifico, reservata,[f] videtur, quod isti irregularius[46] homicide in effundendo cristianum sangwinem sunt pocius irregulares et dampnabiles quoad deum. Privilegium enim vel anticristi licencia non potest superare vel extingwere racionem, et sic est verisimile bellum[47] huiusmodi ad gravius[48] sequens facinus preparare, cum sacramentalis ministracio talium sacerdotum[49] sangwinum,[50] eciam[51] consenciencium, deum provocat ad vindictam.[52] Cum enim papa, cardinales et alii sacerdotes eis subditi renuunt[53] pacienciam et caritatem et zelant[54] sic in causa propria pro vindicta, videtur, quod deus, caritas, ipsos renuit et execrat opera sua cuncta. Nec est gravitas vel qualitas personarum[55] loquencium in ista materia precipue attendenda, sed sentencia locuta et eius fundacio in scriptura.

Numquid, rogo, credimus,[56] quod sit voluntatis[57] divine impedire[58] sacerdotes inconsentaneos huic cause ewangelium[59] predicare et

---

[f] cp. [*I Chron.* 23, 8] *I Paralip.* 22, 8, 10: *sed factus est sermo Dei ad me, dicens: multum sanguinem effudisti et plurima bella bellasti; non poteris aedificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me. Filius, qui nascetur tibi, erit vir quietissimus .... ipse aedificabit domum nomini meo*

---

[40] sic *ABCDG* sit *E* [41] presciencia *ABCDG* psciencia *(compend. above* p *om.) E* [42] *in A is add. in mar.:* Secundo A^1 [43] in sac. *ABCDE* *om. G* [44] rex *ABCDE* vir *G* [45] quia *ABC*,E^3 *in mar.* qui *DEG* [46] irregularius *ABCDG* irregularissimi *E* [47] bellum *ACDEG*,B^1 *in mar.* *om. B* [48] gravius *ABCDE* gravia *G* [49] sacerdotum *ABDEG* *om. C* [50] sangwinum *CDG* sangwinem *ABE* [51] eciam *ABCDG*,E^3 *in mar.* et *E* [52] vindictam *BCDEG* iracundiam *(ud. & cr. out)* vindictam *A* [53] renuunt *ACDEG* renuint *(?) B* [54] zelant *ACDEG* zelare *B* [55] grav. v. qual. per. *ACDG* qual. v. grav. per. *E* grav. v. per. qual. *B* [56] *here in D fol.* 245^a *begins; the number is wrong; it ought to be* 244^a*; then follow 246, 247 etc.; below fol.* 243^c *and* ^{d} *is add.:* XXus [57] voluntatis *ABCEG* volumptatis *D* [58] impedire *ABCDG*,E^3 *in mar.* credere *(ud.) E* [59] ewangelium *ACDEG* obedienciam *B*

permittere sacerdotes consentaneos huic facinori populo in spirituali officio ministrare. Revera secularis dominus, compos mentis et racionis particeps, tam opus quam consensum ad ipsum ex parte domini abhorreret, cum clarum sit ex isto opere et vita sequente, cuiusmodi[60] sacerdotes tales fuerunt[61] vel prelati. Contaminacionem[62] ergo expectare possunt tam wlgares quam domini ab eisdem, sed spirituale suffragium vel purgacionem aliquam,[63] antequam fiat satisfaccio, non expectent. Sicut enim pacifici[64] sunt filii dei ex ewangelio Matth. 5,[65][g] sic bellantes huiusmodi sunt filii Belial vel regis superbie, et sic pauci vel nulli sacerdotes sunt in Anglia, quin in isto labore sunt[66] irregulares et execrabiles ex consensu et per consequens privandi per superiores dominos a[67] quocunque lucro, || *C fol. 138b* quod || attinet officio sacerdotis.

Et multo evidencius romana curia[68] est racione istius auctorizacionis tamquam refuga detestanda. Nam[69] papa est in adepcione[70] positus vel statum secularem ad instar[71] Cristi auffugere vel iniuriam propriam in effundendo cristianum sangwinem vindicare,[72] et cum secundum eligit et primum donum[73] sequendo Cristum refugit, manifestum est, quod sit apostata a[74] Cristi regula et sequitur regem alium luciferinum, cum[75] fides edocet, quod in sequendo Cristum stat tota cristiana religio et fugiendo a Cristo,[76] sequendo dyabolum stat tota apostasia membrorum dyaboli in hoc mundo. Unde cum Cristus dicit Ioh. 10[h]: quod bonus pastor dat animam suam pro ovibus suis, manifestum est, quod prelatus, qui pro mundana vita, quam eligit[77] contra Cristum, ponit multa milia ani-

[g] *v. 9* [h] *v. 11*

[60] cuiusmodi *ABCDG* cuius *E, but* modi *is add. above it by E*[3] [61] fuerunt *ACE* fuerint *BDG* [62] contaminacionem *ACDEG* contaminacio *B* [63] sed spir. su. v. pur. al. *CDG* sed purg. vel spir. suffr. *B* secundum purg. v. sp. su. *AE* [64] pacifici *ABCDG* pacificati *E* [65] 5° *ABCDG,E*[3] *in mar.* 11° *E* [66] sunt *CDG* sint *ABE* [67] a *ABCDE om. G* [68] curia *ABCDG* culpa *(ud.)* curia *E* [69] *in A is add. in mar.:* Nota bene *A*[1] [70] adepcione *CDG* adopcione *ABE* [71] instar *ABCDG* instrum *E, but in mar.* star *is add. by E*[3] [72] vindicare *ACDEG,B*[1] *in mar. om. B* [73] donum *C* dominum *AE* deum *B* dominium *DG* [74] a *ABCDG om. E* [75] cum *ABE* quia cum *CDG* [76] a Cristo *C* a Cristo et *G* anticristo *ABDE* [77] eligit *CDE* elegit *ABG*

marum, sit[78] patulus anticristus. Subiecta enim passionis opposite[79] oportet esse sibi[80] ipsis opposita.[81]

CAP. ,VI.[1]

Ex istis manifeste sequitur, cum papa ex lege domini tantum astringitur in moribus sequi Cristum, et tam manifeste vadit viam contrariam, totus[2] cristianismus debet ipsum[3] reprehendere, et specialiter superiores domini seculares. Sic enim Cristus, qui peccare non poterat,[4] vocat Petrum sathanam, quia voluit[5] dominum anteire,[6] ut patet[7] Matth. 16[a]. Sic Paulus in facie[8] Petro restitit, quia reprehensibilis erat[8] ad Gal. 2[b], cuius reprehensionis causa fuit, quia Petrus non fovebat generaliter ecclesiam,[9] sed personas aliquas acceptavit. Papa autem culpabilius[10] acceptat[11] causam propriam magis contrarie caritati et propter hanc causam beatus Bernhardus redarguit papam Eugenium[c], quod[12] deserens Cristi pauperiem vixit[13] nimis seculariter ac eciam dominanter.[14]

CAP. VI. [a] *v. 23; 24: qui (Iesus) conversus dixit Petro: vade post me, satana, scandalum es mihi; etc. Tunc Iesus dixit discipulis suis: si quis vult post me venire, abneget semet ipsum etc.* [b] *v. 11* [c] *with ref. to the preceding passage, cp. the parallel text of the english Tract De Pontif. Rom. Schism., ed. Arnold, S. E. W. III, 250: As Poul repreved Petir for a liȝt trespasse, Bernar drepreved Eugenye for he was to worldly, and left þe office of apostil, and took office of Ante-*

[78] sit *ABCE* sic *DG* [79] opposite *ABCDG* apposite *E* [80] sibi *ABCE* sub *DG* [81] opposita Cam 6m *A* opp. Capm Quintum *B* opp. 6m *C* opp. etc. Sequitur Cam *D* opp. Capitolum 6m *E* opp. *G, here without the number of the chap., but, as in the former cases, a new line begins*

CAP. VI. [1] 6 *C in mar.* 5 *B in mar.* VI *D in mar. om. AEG* [2] contrariam totus *ACDEG* cont. sic enim *etc. B, but with mark of ref. above the col.:* totus cristianismus d. i. r. et sp. su. do. se. B^1 *(?)* [3] ipsum AB^1CDE eum *G* [4] poterat *ABCDE* potuit *G* [5] voluit *ABCEG* voluerit *D* [6] anteire *ABCD G,*E^3 *in mar.* anire *E* [7] patet *ACDEG om. B* [8] facie *ACDEG* faciem *B* [9] Petrus non f. g. e. *ABCGD* Petrus *(after it an illegible correction of a letter which had first been written at the place)* non bant ecclesiam generaliter *(sic) E* [10] culpabilius *ACDEG* culpabilis *B* [11] acceptat *ABCDG* attemptat *E* [12] quod *ABCDG* quia *E* [13] paup. vixit *etc. ACDEG* paup. clamarent *etc. B, but above the col.:* vixit n. s. et eciam d. l. autem B^1 [14] ac ec. dominanter *CDG* et ec. dom. *AB* ac ec. dominantur *E*

Lapides autem clamarent contra istam falsissimam yprocrisim iam regnantem, cum asina Balaam propter minus peccatum sui magistri ipsum modo, quo pertinuit[15] bestie, reprehendit, ut patet Num. 22.[d]

Idem ergo esset negare[16] hanc[17] reprehensionem dyaboli contra Cristum et[18] ipsum Cristum[19] tamquam dominum diffiteri et dyabolo tamquam eius captivus[20] vecorditer consentire. Patet autem ex fide, quam debemus habere de domino Iesu Cristo, quod ipse non potuit propter tam seculare negocium tot contratas[21] ad sic bellandum[22] contra se[23] ipsos[24] pro vindicta propria concitare. Cristus enim, quando iniuriatum fuit sibi in vite necessariis, Luc. 9,[e] passus est humiliter reprobando apostolos, quia voluerant[25] vindicari. Quando pandere potuit culpabile[26] propositum Scarioth,[27] et apostoli, sed Petrus specialiter, in ipsum irruerent,[28] voluit[29] particulariter detegere culpam suam, ut patet Matth. 26[f]. Quando eciam potuit inimicos suos intuitu uno prosternere, ut patet Ioh. 18,[g] ipsos gracioso accessu humiliter[30] toleravit. Et breviter tota conversacio Cristi sonat in humilem pacienciam et non in causam hominis vindicandam.[31] Et cum ad istum finem Cristus passus est pro vobis,[32] vobis[32] relinquens exemplum, ut sequamini[33] vestigia eius, ut dicitur I Pet. 2,[h] quis

---

crist. As to the matter in question, see St. Bernard. Epist. CCLXVIII, where Pope Eugene III., the former pupil and the friend of Bernard, is reprimanded by the out-spoken doctor on account of his having promoted an unwortly person to an appointment in the Church [d] *v. 28 ff.* [e] *v. 54 ff.* [f] *v. 33* [g] *v. 6* [h] *v. 21*

---

[15] pertinuit *ABDEG* pertimuit *C* [16] negare *CDG* notare *AB* necare *E* [17] hanc *ABCDG* *om. E* [18] Cristum et *ACDEG* Cristum tamquam *etc. B, but in mar.* et ipsum Cristum B^1 [19] Cristum *BCDEG* Cristi stum *A* [20] captivus *BDG* captivo *ACE* [21] contratas *ABCDG* contractas *E* [22] bellum *is add. in A in mar. by* A^1, *and in E by* E^2 [23] se *ACDEG*, B^1 *in mar. om. B* [24] ipsos *BCDG* ipsas *AE* [25] voluerant *ABCE* voluerunt *DG* [26] culpabile *AE* culpabiliter *BCDG* [27] scarioth *CDG* scariothis *A* scariotis *BE* [28] irruerent *ABCE* irruerunt *D* irruit *G* [29] voluit *BCDG* noluit *AE* [30] humiliter *ABCDE* humiliore *G* [31] *in D is add. in mar.:* Conversacio Cristi sonat in humilem pacienciam et non in causam hominis vindicandam D^1 [32] vobis *C* nobis *ABDEG* [33] sequamini *C* sequamur *ABDEG*

dyabolus est ille, qui wlt[34] frustrare tam perfectum[35] Cristi propositum et ponere se[36] Cristi adversarium, tam patenter excitando tantum ||[37] populum contra Cristi populum in causa tam frivola dimicare. || *C fol. 139a* Revera celum in tanta audacia luciferina stupesceret et pie mentes, in quibus est misericordia, super oppressis confratribus condolerent. Paulus enim dicit II[38] Cor. 11[i]: quis[39] infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalisatur et ego non uror? Multo magis vellet oppressis[40] tam dyabolica tyrannide condolere.[41] Quomodo, rogo,[42] diceret talis capitaneus vel sibi consenciens oracionem dominicam: dimitte nobis peccata[43] nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, ut dicitur Luc. 11.[k] Revera, si deus tractet[44] similitudinem ad propositum, complendo quod petitur, sic orantem, nisi satisfecerit, severissime condempnabit, et nisi vestem nupcialem novam habuerit,[45] in finali iudicio non evadet. Ubi ergo est doctrina Cristi Matth. 5:[46][l] diligite inimicos vestros, cum homines neutri[47] in causa ambigua sint[48] sicut[49] a deo[50] persecuti.[51] Et ad colorandum[52] omnia ista facinora innititur[53] isti merdoso[54] porismati, quod inferior non debet superiorem[55] corripere, sed virtute obediencie[56] facere, quidquid mandat. Et inter omnia blasphema axiomata[57] hoc est magis hereticum et plus extollit dyabolum supra Cristum. Vel ergo talis[58] prelatus inerrabilis et incorrigibilis est[59] sicut Cristus, vel est plenus iniuria, ut membrum dyaboli. Si primo modo, cum[60]

---

[i] *v. 29* [k] *v. 4* [l] *v. 44*

---

[34] wlt *BCDEG* wt *A, but the* l *is add. later by A*[1] [35] perfectum *CDG* sanctum *AE,B, corr. from* factum [36] se *BCDEG om. A* [37] *from this col. on the hand of the scribe in C becomes smaller, the ink paler* [38] II *ADE om. BCG* [39] quis *ABCDG* si quis *E* [40] oppressis *ACDEG* oppressus *B* [41] condolere *ACDEG* condolore *B* [42] rogo *ACDEG* ergo *B* [43] peccata *ACDG, B*[1]*E*[3] *in mar.* debita *B* de. *(sic) E* [44] tractet *ABCDG* tractat *E* [45] habuerit *ABCEG* habuit *D* [46] 5 *ABCDGE*[3] *in mar.* II *(?) E* [47] neutri *ABCDG,E*[3] *in mar.* vestri *(ud.) E* [48] sint *ABCEG* sunt *D* [49] sicut *CDG om. ABE* [50] deo *ABCDG* domino *E* [51] persecuti *ABCDE* prosecuti *G* [52] colorandum *ABE* tollerandum *CDG* [53] innititur *ABCDG* inmittitur *E* [54] merdoso *BDE* mardoso *AC* mordorso *G* [55] superiorem *ABCDG* ce *(ud.)* superiorem *E* [56] *in AE is add. in mar.:* Obediencia *A*[1]*E*[2] [57] axiomata *ABD,C, corr. from* anxioma anxiomata *EG* [58] talis *CDG* est talis *ABE* [59] est *CDG om. ABE* [60] cum *ACDG* modo cum *E* tunc *B*

vivit tam seculariter et tam vindicative, sicut Cristus non potuit, manifeste extollitur supra Cristum. Si secundo modo, quis est ille dux cristiani exercitus,[61] qui prohibet Cristi militem ad talem dyabolum corripiendum vel[62] fideles populos[63] de sua versucia muniendum?[64]

Cum autem talis non ut bonus angelus in gracia est[65] confirmatus, sequens est[66] cum datis,[67] quod sit tamquam lucifer in peccato dyabolico induratus.

Quis, rogo, pius de humilitate ac caritate Cristi recoleret et non horreret unum fingentem,[68] se esse immediatum Cristi vicarium, suam frivolam[69] iniuriam taliter vindicantem et super hoc fingentem mendaciter, se habere a Cristo inestimabilem potestatem ad suos milites certantes in causa tam personali contra doctrinam domini Iesu Cristi tam mirifice beatitudine premiandum? Revera infidelis horreret istud mendacium. Quis ergo Cristum diligens contineret se in ista blasphemia, ne loquatur? Cum ergo talis debet[70] fateri humiliter, se esse peccatorem, in horrenda[71] peccata[72] de facili incidentem, debet gaudenter correpcionem fraternam recipere et ab errore celeriter se ipsum corrigere, quia faciendo oppositum ostendit, se esse meridianum demonium, quod retribuit malum pro bono, non sinens nec sperans, quod ab antiquo[73] crimine liberatur.

Sic enim dyabolus, desperans de sua correccione, deridet, male facit et insidiatur homini, qui ipsum nititur emendare.[74]

CAP. VII.[1]

Sed pro ista parte gravius instatur[2] attemptando[3] ut[4] fundamentum huius materie, quod papa fuit electus legittime in istud officium

Unde secte iste, verecundantes suam divisionem a secta domini, dicunt, quod non sunt alie a secta domini Iesu Cristi, quia tunc indubie non forent nisi equivoce cristiani.[17] Sed suppono illis sine[18] contencione,[19] ut dictum est alibi, quod unitas secte requirit unitatem regule et patroni,[b] et cum iste secte quatuor tam in patrono quam regula[20] variantur a secta Cristi, evidens est, quod iste secte sunt dispares, sicut sunt ordines ex confessione propria variati.

Nec valet dicere,[21] quod secta Cristi est genus, et habet sub se species multiplices, quia ad unitatem individuam date secte sufficit unitas[22] individua regule et patroni. Sed Cristus et lex ewangelica sunt individua, ergo tota secta Cristi, sicut et sua ecclesia, est ad unitatem individuam reducenda. Quando autem secta Cristi fuit primo[23] simplex individua, tunc crescebat;[24] sed expost, cum false ficta fuerat esse genus, et partes specifice fuerunt[25] sine auctoritate Cristi vel eius licencia introducte, tunc decrevit.

Ymo constat logicis, quod individuum non potest crescere ad genus vel speciem; ideo non potest vere dici, quod iste secte quatuor[26] sunt species contente sub genere secte Cristi. Ymo cum diversitas numeralis[27] recedit ab unitate et secta Cristi,[28] ut patet ex suis[29] principiis, sit optima secta[30] possibilis, manifestum videtur, quod sit irreligiosa stulticia, sic recedere ab individua secta Cristi.

---

[b] *for instance, above De Fundat. Sect. p. 21*

---

[15] circa *BCD* citra *A* [16] laborat *ACD* laboret *B* [17] *in E is add. below the col.:* Secte unde convincerentur a Cristo divise *E*[2] [18] sine *ABC* sentencie *D* [19] *in C is add. in mar.:* Supposicio *C*[1] [20] regula *ABD* in regula *C* [21] dicere *ABD* d. *(sic) C, cp. above cap. I note 17* [22] unitas *ABC* et unitas *D* [23] primo *ACD* *om. B* [24] *in E is add. above the col.:* Lex secte Cristi simplex et individua profecit *E*[2] [25] fuerunt *ABC* fuerant *D* [26] ist. se. quat. *ACD* ist. se. *B, but in mar.* quatuor *B*[1] [27] numeralis *ABD* naturalis *C* [28] Cristi *CD,A*[1] *corr. into the text* *om. AB* [29] suis *ABC* eius *DE* [30] secta *ACD,B*[1] *in mar.* *om. B*

Nec possunt iste secte subterfugere, quin ab individua secta domini recesserunt. Sed quis processus terruit illos,[31] quod sic ab ista[32] unitate secte domini declinarunt?

CAP. III.

|| *A fol. 240c* || Sed contra istam sentenciam instant sophiste[1] dyaboli, — contra hoc, quod dicit apostolus Eph. primo,[a] quod visibilis[2] ecclesia est unum corpus[3] et dominus eius caput, — primo sic: omne corpus est unum continuum, quia aliter foret substancia huius mundi corpus, licet fuerit in indivisibilia separata.

Sed hic dicitur concedendo primum principium tamquam fidem. Cum enim ecclesia sit sponsa Cristi et mulier fortis, ut dicit Salomo,[4b] necessario erit corpus, ut hic[c] dicit apostolus, nec dubium fideli,[5] quin Cristus non sit cum duris et frigidis lapidibus, cum lignis et aliis concurrentibus ad composicionem basilice desponsatus. Ideo oportet, quod ecclesia, sponsa Cristi, ex angelis et hominibus componatur. Et sic concedunt, quod ecclesia est unum continuum, quia secundum partes corporeas, et totus mundus est unum corpus maximum et foret, licet per impossibile in[6] indivisibilia dividatur. Continuacio enim et parcium composicio,[7] cum sit[8] accidens, non est principium nature corporee, cum totum genus accidentis a toto genere substancie[9] sit causatum. —

Secundo sic arguitur: cum angeli sint[10] partes ecclesie, et ipsa est unum corpus continuum, ut hic[d] dicitur, sequitur, quod con-

---

CAP. III. [a] *v. 22—23: Et ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam, quae est corpus ipsius et plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur* [b] *cp. Cant. 4, 8 ff.* [c] *cp. Eph. 1, 24* [d] *cp. above l. 5 ff.*

---

[31] illos *ACD* illis *B* [32] ista *AB* *om. CD*

CAP. III. [1] sophiste *ACD* sophistice *B* [2] visibilis *ABC* universalis *D* [3] *in A is add. in mar.:* Ecclesia est unum corpus *A*[1] [4] Salomo *AD* Salomon *BCE* [5] fideli *BCD,E*[1] *with mark of ref. below the col.* *om. AE* [6] in *AB,E, but in mar.* totaliter *is add. by E*[1] totaliter in *CD* [7] composicio *ACD* posicio *B, but B*[1] com *in mar.* [8] sit *ACD,B*[1] *in the text* *om. B* [9] substancie *AB* *om. CD* [10] sint *AB* sunt *CD*

tinuum componitur ex non quantis,[11] cuius[12] oppositum demonstrat Aristoteles multis locis.

Hic concedenda est conclusio, ut patet ex multis evidenciis. Nam omnes partes istius corporis vel sunt pure divisibiles, vel pure indivisibiles[13] sive mixtim. Primo modo enim[14] dicitur, cum tunc omnes ille[15] partes assignate in principio[16] non sunt omnes, cum[17] habent medietates, quartas, et sic de aliis partibus proporcionabilibus, et per consequens ille assignate in principio[16] non sunt omnes.[18] Nec potest dici, quod ille omnes sunt indivisibiles, quia tunc nulla pars continui foret composita. Ideo relinquitur tercium membrum, quod nec omnes partes corporis sunt divisibiles nec omnes[19] indivisibiles, sed commixte. Et sic est de partibus corporis ecclesie, quod alique sunt divisibiles, ut corpora beatorum, alique[20] indivisibiles, ut spiritus beatorum, et alique mixtim, ut partes corporis ecclesie, que ex istis partibus componuntur. —

Sed tercio arguitur per hoc principium mathematicum, quod omne totum est maius sue parte quantitativa.[21] Sed totum corpus ecclesie non est maius, quam est corpus hominum beatorum, ergo corpus visibilis ecclesie non est ex hominibus et angelis aggregatum.

Hic dicitur, quod illud principium mathematicum, quod intelligitur[22] de quantitate, que est principium talis sciencie, ut quantitas discreta, que est principum arithmetice, vel quantitas continua, que est principium geometrie, — || illud idem,[23] inquam, principium intelligitur de partibus quantitatis[24] huiusmodi subiectorum. Et istud est verum, licet unum totum a sua parte maxima per indivisibile sit excedens, ut patet tam de quantitate continua quam discreta. || *A fol. 240d*

---

[11] *in A is add. in mar.:* Continuum componitur ex non quantis *A*[1] [12] cuius *ABC* cum *D* [13] *in A is add. in mar..:* Ecclesie partes alique sunt divisibiles, alique indivisibiles *A*[1] [14] enim *A* non *BCD* [15] ille *ABC om. D* [16] principio *ABC* puro *(?) D (the abbreviation is not clear)* [17] omnes, cum *etc. BCD* omnes, nec potest dici *etc. AE the scribe got into the wrong line, led astray by* non sunt omnes [18] omnes *D*, *certainly also the original of A, cp. note 17* omnia *BC* [19] omnes *ACD,B*[1] *in mar. om. B* [20] alique *ACD* et alique mixtim ut partes corporis ecclesie *(ud.)* alique *B* [21] *in A is add. in mar.:* Omne totum est maius sua parte, quomodo intelligitur *A*[1] [22] quod intelligitur *B* quod *(cr. out & ud.)* intell. *AC* intell. *E*, *but in mar.* quod *E*[1] [23] idem *AB om. CD* [24] quantitatis *ABC* quantitativis *D*

Et sic dupliciter potest intelligi, unum corpus esse maius reliquo, scilicet continue vel discrete; continue, sicut corpus excedit sui partem quamlibet numeralem,[25] discrete autem unum corpus excedit reliquum per partes indivisibiles, que non sunt partes numerales vel proporcionales geometrice suo toti. — Et in ista equivocacione laborant inutiliter sciencie, que miscentur.

CAP. IV.

Sed adhuc instatur contra istam sentenciam, que asseritur esse fides: quelibet pars quantitativa corporis est corpus, sed tres ierarchie[1] celestes sunt partes quantitative corporis ecclesie, ergo quelibet illarum est corpus, et per consequens spiritus, non habentes posicionem[2] vel continuacionem, constituunt[3] unum corpus. Sed quid impossibilius?

Hic dicunt catholici, quod duplex est pars corporis eciam secundum philosophos, scilicet pars quantitativa et pars qualitativa;[4] et cum omnis homo sit corpus, et anima sit pars eius, non vertunt in dubium, quin non quelibet pars corporis et non quelibet pars qualitativa hominis est corpus.

Sed ulterius considerant theologi subtilius in ista materia, cum considerant de parte indivisibili corporis, quomodo[5] stat[6] resolucio quoad molem. Et sic loquendo de parte quantitativa corporis ecclesie locuntur[7] de ipsa communius, quam locuntur philosophi, scilicet de parte qualibet numerali, et sic negant, quamlibet partem quantitativam corporis esse corpus, cum spiritus indivisibilis quoad molem sit pars quantitativa corporis ecclesie, licet non habeat

---

25 numeralem *ABD* materialem *C*

CAP. IV. 1 ierarchie *AC* gerarchie *BD* 2 posicionem *ABC* potenciam *D* 3 constituunt *ABC* consistunt *D* 4 quan. et p. qual. *AB* qual. et p. quan. *CD* *in A is add. in mar.:* Pars corporis est duplex, quantitativa et qualitativa *A¹* 5 quomodo *B,C¹*, *in C the scribe left a blank space, in it* quomodo *was inserted by C¹, but the blank was not filled by it, so that there is after* corporis *a lacuna* quam *AD* 6 stat *ACD* constat *B* 7 loquuntur *ABCD* loquentur *(?) E*

extensionem;[8] ut patet de ierarchia celesti et spiritibus, qui sunt partes hominum.

Sed difficultas est, utrum aliqua ierarchia celestis vel aggregatum ex spiritibus hominum sit corpus. Et dicunt quidam, quod sic, quia corpus misticum, et sic aliquod est corpus, quod non est divisibile quoad molem. Et sic videntur legiste[a] loqui, vocantes legum suarum indivisibilem multitudinem corpus iuris, et sic aliquod est corpus, ex tribus partibus indivisibilibus, posicionem[9] non habentibus, integratum. Et ipsi dicunt, quod quelibet multitudo ‖ trium spirituum beatorum vel plurium est corpus ecclesie, sed corpus misticum. Nec[10] dissencio ab ista sentencia. ‖ *A fol. 241a*

Si enim in fide scripture patule sit fundata,[11] secundo obicitur per hoc, quod si Cristus sit caput ecclesie, tunc est pars ecclesie,[12] quia aliter ecclesia foret corpus acephalum. Consequens videtur[13] falsum, quia Cristus est deitas,[14] et deitas[15] non potest esse pars creature, quia sic creatura foret perfeccior creatore.

Hic dicunt catholici, quod Cristus est indubitanter caput ecclesie, ut patet ad Eph. primo,[b] et sic potest dici esse dignissima[16] et suprema pars ecclesie, sed secundum humanitatem. Unde, sicut Augustinus in libro Retractacionum suarum vellet vocare Cristum hominem dominicum, si auctoritatem habuerit ex scriptura, ita nos vellemus in ista materia[17] loqui, sed de scripture locucionibus contentamur.

Et ita videtur, quod ante incarnacionem ecclesia non fuit acephala, cum habuit[18] deitatem extrinsecus, non intrinsecus capitantem. Habuit tamen ex incarnacione Cristi perfeccionem inestimabilem,

---

CAP. IV. [a] *The Legists are, according to the custom of the Middle Ages, the doctors of the roman, the Decretists of the canonical law* [b] *v.* 22

---

[8] extensionem *ACD,BE, but add. by B¹ in mar., and E¹ has add. in the text* co *(therefore* coext.) [9] posicionem *BD* positum *AC* [10] nec *BCD,A¹ in mar., corr. into the text by E¹* ut *E (ud.), A* [11] sit fundata *AB* sunt hec fundata *CD* [12] *in A is add. in mar.:* Cristus si est pars ecclesie *A¹* [13] videtur *A* videtur esse *B* est *CD* [14] deitas *ABCD* deistas *E* [15] deitas *ABCD* de ita *E* [16] potest dici esse dignissima *ACD* potest esse dirigi (dir. *cr. out)* dignissima *B* [17] in ista materia *BCD* istam materiam *A* [18] habuit *ABCD,E¹ in mar.* *om. E*

cum fuit[19] intrinsecus capitata. Et de isto capite videtur loqui apostolus ad Hebreos primo[c] secundum eius humanitatem, quando dicit, quod Cristus tanto melior angelis effectus, quanto[20] differencius pre illis nomen hereditavit. Hoc autem nomen videtur esse homo, deitati[21] ypostatice copulatus, et in racione istius nominis gaudebant angeli[22] tempore veteris testamenti.

Sed tercio dubitatur de racione, secundum quam homines et angeli sunt corpus ecclesie. Videtur enim, ecclesiam esse corpus valde heteromogenum,[23] et sic videtur esse congruum militanti ecclesie, habere sectas disparium naturarum.

Hic dicunt catholici, quod racio corporis ecclesie non est continuitas[24] mathematica, sed verius est[25] predestinacio, secundum quam [*in*][d] deo[26] ecclesia est unita. Et ita quoad istud ecclesia est[27] secundum quamlibet sui partem consimilis racionis,[28] cum tam[29] Cristus quam[30] angelus sit predestinatus, ut patet Rom. primo.[e] Ideo cum secta sit spiritualis, sicut predestinacio vel unio in deo, consonum est racioni, quod sit unica secta Cristi. Et sic conceditur, quod secundum racionem disparem Cristus est caput et sponsus ecclesie.[31]

|| *A fol. 241b* Alias autem difficultates, ut quod ecclesia ante incarnacionem || fuit acephala, licet tunc cum deitate fuit[32] desponsata, non audeo tangere, sed relinquo posteris pertractandas, sicut relinquo sophistis, quomodo idem corpus potest esse quantumcunque modicum et simul in zenith capitis, in nadir et[33] in polis.[f]

---

[c] *v. 4* [d] *cp.* unio in deo *line 16* [e] *v. 4* [f] *The nadir is that point of the globe, which is just opposite the Zenith, therefore not visible*

---

[19] fuit *ABCD,E¹ in mar.* sint *E* [20] quanto *B,A (corr. by the texthand* est quanto *CD* [21] editati *AB* deitate *CD* [22] angeli *AB* angeli et patres *C* apostoli et patres *D* [23] ethromogenum *A* ethromogenium *(the first* m *ud.) B* ethromogenium *C* etromogenium *D* et romogenum *E* [24] *in A is add. in mar.:* Ecclesie continuitas *A¹* [25] est *AB om. CD* [26] deo *BCDE* dei *A* [27] est *AB om. CD* [28] partem consimilis racionis *B* partem est cons. racion. *CD* part. cons. sanctis *AE, but below the text is add.* racionis *by E¹* [29] tam *ABC* tamen *D* [30] quam *ABC* quomodo *D* [31] *in A is add. in mar.:* Caput et sponsus ecclesie est Cristus secundum racionem disparem *A¹* [32] fuit *ABC* fuerit *D* [33] *the passage is corrupt in consequence of the uncommon* nadir: in nadaer et *A,*

CAP. V.

Relicta ista abstracta materia restat tangendum grossius de sensibili ecclesia militante.

Et incipiendo a radice supponendum est ut fides, quod Cristus sit caput illius ecclesie, ut sepe[a] dicit apostolus.

Sed de primatu apostolorum est apud modernos[1] dissensio. Primo videndum est, utrum fundari posset in fide scripture, quod Petrus fuit caput ecclesie.[2] Et videtur quod non, quia de racione capitis est,[3] conferre omnibus membris sui corporis motum et sensum. Sed Petrus nec contulit nec conferre potuit omnibus membris corporis sue ecclesie motum et sensum ad propositum, ergo Petrus non fuit caput sue ecclesie. Sensus enim non est pertinens isti proposito nisi sapiencia legis domini ad viandum. Et illum sensum[4] servavit deus ut sibi proprium, licet occasione doctorum fidelium eciam cuilibet[5] creature possit deus doctrinam suam imprimere. Et quantum ad motum, patet, quod non est pertinens nisi excitacio potencie volitive[6] ad serviendum deo voluntarie, quod est proprium deo, qui mentem humanam illabitur.[7] In cuius signum apostolus, qui fuit vas eleccionis thesauri divine sapiencie constitutus, sepe vocat Cristum caput ecclesie, et numquam in fide scripture vocatur caput ecclesie aliquis cristianus.

Et quantum ad tria nomina Petri, patet secundum interpre-

---

to our eye. Nadir and Zenith are 'the poles of the fundamental plain of the horizon'; they are, therefore, as is shown by astronomers, every where a quadrant (viz. 90 degrees) distant from the latter.

CAP. V. [a] *Cp. Eph. 1, 22 ff.; also above cap. I p. 656*

---

but nadir *A*[4] *in mar.* in nadaor *(?* nadaer) et *B* invadit et *C* invadit delicta ista abstracta materia restat *(cr. out & ud.)* in nadir et *D, the scribe got into the wrong line, which begins cap. V, but cp.* delicta

CAP. V. [1] est ap. mod. *AB* ap. mod. est. *CD* [2] *in D is add. below the col.:* Petrus utrum fuit caput ecclesie *D*[2] [3] *in A is add. in mar.:* Capitis condicio *A*[1] [4] illum sensum *BCD* illud secundum *A (?)* [5] cuilibet *CD* cuiuslibet *AB* [6] volitive *ABC* valentem *D* [7] illabitur *ACD, B*[1] *away from the line, in mar.* om. *B*

tacionem Hieronymi, quod[8] non sonant, quod Petrus sit caput ecclesie alicuius. Petrus enim dicitur agnoscens sive discalcians, Simon autem dicitur obediens, ponens[9] tristiciam vel auditor meroris; Cephas[10] vero est nomen tercium a Cristo sibi impositum, ut patet Ioh. primo,[b] et ipsum interpretatur potens vel firmitas;[11] et[12] est nomen syrum, non hebreum.

Sed rogo: quid sonat interpretacio alicuius istorum[13] nominum, ‖ *A fol. 241c* ut Petrus ‖ sit caput ecclesie? Si igitur Augustinus timuit,[14] vocare Cristum hominem dominicum ex hoc, quod eius sensus non est patulus ex scriptura,[15] quanto magis timendum est, aliquem cristianum vocare caput ecclesie, ne forte blasphemetur in Cristum, cui hoc nomen ex trinitatis concilio tamquam sibi proprium est servatum.

Videtur autem, modernos philocaptos[16] esse frontosos ex heretica cecitate,[17] quia ponunt Petrum[18] et papas generaliter, quorum quosdam est verisimile esse dyabolos,[19] esse caput tocius ecclesie militantis, ymo precipiendo angelis, esse caput ecclesie triumphantis. Et tamen fratres asserunt publice, quod ille est hereticus, qui ponit quemcunque[20] dampnatum esse dyabolum,[c] sicut Cristus vocavit Scarioth. Et in tali errore lapsi sunt plurimi, ut quidam dicunt expresse, quod hoc est impossibile, quod Cristus descendit ad inferos, cum nichil de Cristo nisi spiritus suus descendit ad inferos, et impossibile est, illum spiritum esse Cristum; et ultra innuunt,[21] quod iste articulus fidei sit[22] valde hereticus, quia implicat, quod

---

[b] *v. 42* [c] *as to this assertion, cp. De Diab. et membr. eius cap. I, above p. 361*

---

[8] secundum int. Hier. quod *EA¹* quod sec. int. Jer. quod *BCD* quod *(cr. out by A¹)* sec. int. Hi. quod *A* [9] ponens *BCD* pavens *A* [10] *in D is add. below the col.:* Cephas *D²* [11] firmitas *AC* finitas *BD* [12] et *ABC* eciam *D* [13] alicuius istorum *BCD* aliquorum *A* [14] timuit *ABC* innuit *D* [15] *in A is add. in mar.:* Preter scripturam aliquid asserere est periculosum *A¹* [16] philocaptos *AD* philocaptas *B* filo *(ud.)* philocaptos *C* [17] cecitate *BCDE* pravitate *(ud.)* cecitate *A* [18] petrum *ABD* pe. *(sic) C* [19] *in A is add. in mar.:* Johannes papa XXIII. fuit in concilio Constancienci pro dyabolo incarnato publice per suos cardinales et totum concilium condempnatus anno domini millesimo CCCC° XV° *A²* [20] quemcunque *BCD* quomodocunque *A* [21] innuunt *ABCD* innuuntur *E* [22] sit *AB* est *CD*

ille spiritus est dominus Iesus Cristus, et sic, ut balbuciunt, Cristus non foret tunc verus homo vel integer, sed foret identificacio rerum, ex qua sequitur oppositum cuiuslibet articuli fidei cristiane.

Suppositis autem oppositis horum deliramentorum, videtur esse sanum catholice, nec concedere de Petro nec aliquo[23] cristiano, quod sit caput alicuius ecclesie, sed hoc tamquam proprium domino reservare.

Quis autem apostolorum fuit princeps[24] vel capitaneus plus dilectus, est dissensio apud multos, sed Petrum videtur habere prerogativam[25] humilitatis, paupertatis et voluntarie administracionis, sicut videtur ipsum conversando cum Cristo habuisse primatum[26] quendam interrogando, respondendo et operando, ac si hoc innueret, Petrum habiturum quandam[27] principalitatem secundum legem domini in regimine ecclesie militantis. Sed hoc nullo modo innuit, quod Petrus fuit[28] caput ecclesie, sed quod fuit humilior, pauperior et servitivior, cum Cristus diffinit, quod inter apostolos penes hoc maioritas attendatur, ut patet Matth. vicesimo,[d] Marc. decimo[e] et Luc. vicesimo altero.[f]

Ideo videtur multis ex fide scripture, || quod[29] dyabolus numquam emungeret[30] hunc errorem, nisi ut placeatur hominibus et attendatur superbia in prelatis. || *A fol. 241d*

CAP. VI.

Superest videre, si Petrus fuit appropriate || vicarius Cristi in terris et habens super quoscunque reliquos[1] apostolos[2] ad hoc pro-

[d] *v. 26—27* [e] *v. 43—44* [f] *v. 26—27*

[23] al. *ABD* de al. *C* [24] princeps *ABC* principalis *D* [25] *in D is add. in mar.:* Petrus habuit prerogativam D^2 [26] *in D is add. in mar.:* Primatum D^2 [27] quandam *BCD* quendam *A* [28] fuit *AB* erit *CD* [29] mul. ex fi. scr. quod *E* mult. quod (qu. *cr. out)* ex fi. script. quod *A* mult. quod ex fi. script. *BCD* [30] emungeret *C* coniungeret *AE* iniungeret *B* enim iungeret *(ud.) D, but in mar. is add.* gigneret D^2

CAP. VI. [1] reliquos *ABD* aliquos (a *ud.) C, but corr. into the text by* C^1 [2] apostolos *ACD*,B^1 *in mar.* *om. B*

priam potestatem.[3] Et videtur quod sic,[4] quia Matth. sexto decimo[a] Cristus singulariter dicit Petro: quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum et in celis, et quodcunque solveris super terram, erit solutum et in celis; et ibidem[b] prerogative dicitur sancto Petro: tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam, et tibi dabo claves regni celorum. Et in istam sentenciam sonant fides et usus[5] ecclesie.

Sed antequam ulterius procedatur, videtur dicendum, quid[6] in isto puncto proposito[7] sit credendum. Videtur autem probabile, quod omnibus[c] apostolis Cristus dedit plenitudinem potestatis ad ligandum et solvendum[8] et faciendum quodcunque prelati officium in ecclesia militante, ut plane dicitur Matth. duodevicesimo[d] et Ioh. vicesimo.[e] Aliter enim non fuisset Cristus providus mittendo illos apostolos sic solitarie ad tam separatas provincias regulandum. Non enim consuluerunt[9] ceteri apostoli ex suis provinciis sanctum Petrum, ac si ab illo papalis potestas necessario[10] emanaret, sed Paulus dicit signanter, quod illi, qui videbantur esse aliquid et columpne ecclesie, nichil sibi contulerunt,[11] ut patet Gal. secundo[f]: deus, inquit, personam hominis non accipit; michi enim, qui videbantur esse[12] aliquid, nichil contulerunt, sed e contra cum vidissent, quod creditum est michi[13] ewangelium prepucii, sicut et Petro circumcisionis[14] — qui enim operatus et Petro[15] in apostolatu circumcisionis, operatus est michi[16] inter gentes — et cum cognovissent graciam dei, que data est michi, Iacobus et Cephas et Iohannes, qui videbantur esse columpne, dextras dederunt michi et

CAP. VI. [a] *v. 19* [b] *v. 18* [c] *cp. Chronicon Angliae 395* [d] *v. 18* [e] *v. 23* [f] *v. 6—14*

[3] *in A is add. in mar.:* Si Petrus fuerit supremus apostolus *A*[1] [4] sic *BCD* sit *A* [5] so. fi. et us. *ACD* sonat fides ut usus *B* [6] quid *ACD* quod *B* [7] proposito *ACD* proposite *B* [8] *in A is add. in mar..:* Omnibus apostolis dedit Cristus plenitudinem potestatis *A*[1] [9] consuluerunt *ABCD* consoluerunt *E* [10] necessario *ACD* necessaria *A* [11] contulerunt *ACD* contulerant *B* [12] esse *ABD,C*[1] *in mar. om. C* [13] quod cred. est michi *BE* quod est (est *cr. out)* cr. est m. *A* q. e. cr. m. *CD* [14] petro circumcisionis *etc. ABCD* petro in apostolatu circumcisionis *etc. E* [15] petro *ABD* petrus *C* [16] michi *ACD* et michi *B*

Barnabe societatis,[17] ut nos inter gentes, ipsi autem in circumcisione, tantum ut pauperum memores essemus, quod eciam sollicitus fui[18] hoc ipsum facere. Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei[19] restiti, quia reprehensibilis erat.[20] ‖[21][g] Prius enim, quam venirent quidam ab Iacobo, cum gentibus edebat; cum autem venissent, subtrahebat et segregabat se timens eos, qui ex circumcisione erant, et simulacioni eius consenserunt ceteri Iudei, ita ut et Barnabas duceretur[22] ab eis in illam simulacionem. Sed cum vidissem, quod non recte ambularent ad veritatem ewangelii, dixi Cephe coram omnibus: si[23] tu, Iudeus cum sis,[24] gentiliter vivis et non iudaice, quomodo gentes cogis iudaizare? — Istam autem benedictam fidem historiacam spiritus sanctus[25] in ewangelio Pauli secundum istam formam[26] inseruit ad confundendum superbiam et heresim sequencium prelatorum.

‖ *A fol.* 242[a]

Primo igitur patet in hoc ewangelio, quod apud[27] deum non est accepcio personarum. Ideo erubescerent heretici dicentes,[28] quod Petrus habet ceteris apostolis excellenciorem potenciam,[29] quia est episcopus Romanorum.[h]

Patet secundo, quod isti tres principales apostoli non contulerunt sensum vel motum ewangelii sancto Paulo, sed quod Iacobus, qui

---

[g] *with ref. to note 20 and 21, cp. Corp. iur. can. ed. Leipzig 1879, I, 332* [h] *cp. the same passage, Ypodigma Neustriae 324*

---

[17] *in D is add. in mar.:* Dextras dederunt D^2 [18] fui *ABD* sui *C* [19] ei *ABC* eius *D* [20] *in A is add. in mar.:* Cyprianus episcopus p. 24 q. 1º cap. loquitur ad petrum, dicit, quod omnibus apostolis post resurreccionem suam parem potestatem tribuit. Ad item est Hieronymus, Dist. 95 cap.: Olim idem presbiter et episcopus A^2 [21] *above col.* 242[a] *and* [b], *in the margin of the folium is written:* Ciprianus episcopus p. 24 q. 1º capitulo loquitur *etc. as note* 20 [22] duceretur *ABCD* diceretur *E* [23] si *ABCD* sed *E* [24] Iudeus cum sis *ABCDE Vulg.:* cum Iudaeus sis [25] sanctus *ABC* sancti *D* [26] formam *AB*,C^1 *(inserted in the blank left by C)* foret *D* [27] apud *ABC* sic apud *D* [28] *in D is add. above the col.:* Erubescere debent heretici de excellencia Petri D^2 [29] *in A is add. in mar.:* Potestatem equalem ligandi et solvendi habuerunt aposotli A^1

episcopus[30] Hierosolymitanus, ubi Cristus fuit episcopus, a deo in hoc ewangelio Simoni[31] antefertur.

Patet tercio, quod mundana honorificencia et nomen vocacionis patris sanctissimi non inter istos apostolos relucebat,[32] cum isti precipui confessi sunt, Paulum et Barnabam esse sibi socios, non prelatos dominos aut[33] magistros.

Quarto patet, quomodo Paulus ex caritate Petro patenter[34] restitit,[35] cum certus fuerat, quod peccavit ad relinquendum exemplum aliis, ut ipsi faciant postmodum sine personarum accepcione similiter.

Quinto patet, cum quanto fervore et timore no*(ce)*ndi[36] ecclesie Paulus servavit[37] contra Petrum ewangelicam libertatem. Et utinam[38] ista doctrina foret hodie practizata! Tunc enim cessarent legales ritus istarum sectarum quatuor introducti.

Redeundo ergo ad primum propositum patet logicis,[39] quod Petrus habuit in aliquo prerogativam supra ceteros apostolos,[40] et e contra alii Petrum in aliquo excedebant,[41] cum notum sit, quod verbum Cristi, singulariter dictum Petro, fuit exemplar et doctrina sequenti ecclesie militanti. Sed si fuit Petri[42] excellencia simpliciter supra alios, hoc fuit ex dei gracia et propter meritum humili- || *A fol. 242b* tatis que floruit excellencius in hoc Petro. Petrus enim dicitur || aliqualiter fuisse[43] firmus in fide, sed notatur ex dicto Cristi, quod illa fides fuit fundamentaliter gracia Iesu Cristi. Vanum igitur est, nobis ex talibus verbis Petrum[44] simpliciter anteferre,[45] sed vivamus humiliter in fide secura et nobis ambiguum dimittamus.

---

[30] episcopus *BD,A, but in mar.* erat *A[1]* erat *(ud.)* episcopus *C* erat episcopus *E* [31] Simoni *C (corr. from* Simone*), AD* Simone *BE* [32] relucebat *ABC om. D* [33] aut *AB* ac *CD* [34] patenter *CD,E[1] in mar.* patens *ABE* [35] restitit *ABC* resistit *E* [36] notandi *ABC* vocavi *D* [37] servavit *AB* servat *CD* [38] utinam *ABC* ut iam *D* [39] logicis *ABD* loicis *C* [40] *in D is add. above the col.:* Prerogativa *D[3]* [41] *in A is add. in mar.:* Petrus habuit prerogativam aliquam supra alios apostolos et e contra *A[1]* [42] petri *AB* pe. *(sic) CD, cp. above cap. V, 18 and belowe note 44* [43] fuisse *BCD,E[1] above the col.* habuisse *AE* [44] petrum *ABC* pe. *(sic) D, ep. above cap. V, 18 and VI, 42* [45] anteferre *ACD* anteferri *B*

CAP. VII.

Habito, quomodo Petrus et ceteri apostoli se habuerunt ad Cristum ad ecclesie serviendum, restat videre, quomodo romanus pontifex vel papa se habeat ad Petri potestatem vicariam subeundum.[1]

Et constat primo ex fide, quomodo potestas, quam papa exercet, fuit a potestate cesarea derivata, nec habet fundamentum in fide scripture nisi, ut loquar yronice, ex illo Luc. vicesimo altero:[2 a] reges gencium dominantur eorum, vos autem non sic. Ideo si non sit potestas nisi a deo, patet, quod maior potestas, quam[3] false vendicat, sit potestas sophistica et sic dyabolica usurpata.

Primo tamen restat videre, si ad continuacionem regiminis militantis ecclesie oportet, Cristi et Petri vicarium in ecclesia capitaliter presidere.[4] Et videtur quod non, quia Cristus post ascensionem sui in celum maxime prudenter regebat[5] ecclesiam tum ex aprte sapiencie domini presidentis, tum eciam ex habilitate[6] ecclesie militantis. Sed tunc non reliquit[7] aliquem taliter[8] presidentem, ergo nec modo debet aliquis taliter[9] presidere, et in signum istius Paulus vere vocavit Petrum suum socium.[10] Vere confessus fuit, quod Petrus nichil sibi contulit et sibi acute in suo errore seductivo[11] ecclesie contradixit. Quomodo ergo non foret maius peccatum, introducere istam novitatem gentilem sine fundacione debita legis dei? Nam licet cesar ex sua stulticia vellet privilegium tale concedere, viri tamen apostolici foret, ipsum renuere. Ideo qui nititur excusare in hoc Silvestrum vel alium a peccato, nititur accusare

---

CAP. VII. [a] *v. 25—26*

CAP. VII. [1] *In D is add. below the col.:* Quomodo papa habeat se ad potestatem Petri *D²* *in A is add. in mar.:* Quomodo papa habet potestatem *A¹* [2] 22º *A* 20º *BCD* [3] potestas quam *etc. ABCD,E¹ with mark of ref. below the col.* potestas sophistica et sic *etc. E* [4] presidere *BD* esse *(cr. out & ud.)* presidere *C* residere *A* [5] regebat *ABC* regebant *D* [6] habilitate *BCD* humilitate *A* [7] reliquit *AB* relinquit *CD* [8] aliquem taliter *A* aliqualiter *B* aliqualiter taliter *CD* [9] taliter *ACD* *om. B* [10] *in D is add. in mar..:* Paulus vocavit Petrum socium *D²* [11] seductivo *ABC* seduccio *D*

Cristum et contempnere Cristi legem.[12] Cristus autem tradidit officium et legem suis discipulis, in quibus, quantumcunque habiles fuerint,[13] forent plenarie occupati. Quis ergo potuit eis dare potestatem extraneam tardantem vel subtrahentem ab illo officio et ad seculare officium a Cristo prohibitum inducentem? Et si dicitur, *A fol 242c* ‖ quod sic dicens imponit calumpniam beato Silvestro et cesari, certum est, quod ex[14] leviori causa imponimus culpam, ut imponit fides ewangelii[15] sancto Petro. Supponi tamen potest, quod sanctus Silvester de isto crimine postmodum penitebat.[16] Hoc tamen asseritur citra fidem, qua creditur, quod Petrus post culpas suas multiplices fructuosius postmodum penitebat.

Ex istis patet peccatum paparum sequencium, qui ex vita Petri talem presidenciam mendaciter concludebant,[17] et cum nemo debet mentiri propter salvacionem seculi,[18] patet, quod pape, sic continuantes in hac presidencia, graviter continue peccaverunt. Et hic dicitur, quod a maligno spiritu agitantur,[19] quod locum[20] prophanissimum,[21] in quo effusus fuit sangwis multorum martirum, ut romanum curiam elegerunt.[22] Ex continuacione vero sue secularis vite et luciferine superbie patet, quomodo contra Cristum continuant in errore. Ideo fideles cordati contradicerent in hoc romano pontifici.

Si igitur Petrus peccavit contra libertatem ewangelii in hoc, quod ab esu cum gentibus se subtraxit, quanto magis anticristive peccat,[23] qui cupit[24] super omnem habitabilem[25] presidere et non servato officio, quod Cristus limitat, impedit alios, ut volentes ewan-

---

[12] *in D is add. in mar.:* Qui excusat Silvestrum, accusat Cristum D^2 *in A mar.:* Silvester peccavit dotacionem acceptando A^1 [13] fuerint *AB* fuerunt *CD* [14] ex *ACD*,B^1 *corr. into the text om. B* [15] ewangelii *ACD* ewangelium *B* [16] *in C is add. below the col.:* Silvester penituit C^3 [17] concludebant *ABD* concludebat *C* [18] *in D is add. in mar.:* Nemo debet mentiri D^2 [19] *in D is add. in mar.:* A maligno spiritu agitantur D^2 [20] locum *ABCD* locum locum (*the second* lo. *cr. out*) *E* [21] prophanissimum *ABC* eligerent proph. *D* [22] *in D is add. in mar.:* Romanam curiam elegerunt D^2 *in A in mar.:* Roma est locus prophanissimus, quem pape a dyabolo agitati elegerunt A^3 [23] peccat *AE* peccarunt *BCD* peccaverunt E^1 *in mar.* [24] cupit *BCDE* peccat (*cr. out & ud.*) cupit *A* cupiunt B^1 *corr. into the text* [25] habitabilem *BD* habitabile *A* terram (*cr. out & ud.*) habitabilem *C*

gelizare et alia opera apostolica[26] exercere, per suam fictam et infundabilem iurisdiccionem,[27] eciam infundabilem potestatem regis superbie, ne currat libere sermo dei. Et tamen propter timorem servilem nulli vel pauci sunt, qui audent istam sentenciam ewangelicam diwulgare.

Persona tamen,[28] hec asserens, protestatur,[29] quod, si docta fuerit vel aliquis viancium docere sciverit, quod ista sentencia sit fidei scripture vel racioni contraria,[b] wlt ipsam humiliter revocare; credit[30] tamen evidenter, quod tenetur ex lege dei, publicare istam sentenciam, quia omittendo peccaret in Cristum et in[31] eius ecclesiam, cum[32] videtur multis peritis probabile, quod iste papa sit precipuus anticristus et coraula ducens exercitum dyaboli contra Cristum, et tamen[33] more[34] dyaboli simulat,[35] se habere potestatem maiorem ad dimittendum peccata et alias indulgencias ac privilegia concedendum, ultra quam fecerat Cristus vel aliquis apostolorum. Ideo est multis verisimile, || quod ista simulata ficcio in dyabolo est || *A fol. 242d* fundata.

CAP. VIII.

Ex istis claret causa divisionis, que est in ecclesia militante. Olim enim fuit per questum Cristi in suis apostolis et pastoribus suis fidelibus, ipsos sequentibus, nostra habitabilis conquisita lacius, quam est modo. Cuius causa indubie est defectus pastorum, qui sunt perversi in mercenarios et[1] lupos, et non secuntur dominum Iesum Cristum et tamen[2] Petrus, quem pseudoapostoli nominant

---

[b] *With ref. to this protestat of the Author, who here appeals to the Scriptures, cp. Woodford's interesting Tract in Fasciculus Rerum Expetend. Orth. Grat. ed. Ed. Brown, London 1690, 257*

---

[26] apostolica *BCDE* ewangelica ex *(cr. out & ud.)* apostolica *A* [27] *in A is add. in mar.:* Iurisdiccio pape *A*[1] [28] tamen *ABD* autem *C* [29] *in C is add. in mar.:* Protestacio magistri *(texthand) in A in mar.:* Protestacio doctoris ewangelici *A*[3] [30] credit *AB* crediddit *CD* [31] in *ACD* *om. B* [32] cum *ACD* tamen *B* [33] tamen *AB* cum *CD* [34] more *ACD* mare *B* [35] similat *ABC* similant *D*

CAP. VIII. [1] et *A* atque *BCD* [2] tamen *CD* cum *AB*

papam, scribit fidelibus I. Petri secundo[a]: Cristus, inquit,[3] passus est[4] pro nobis[5] nobis relinquens exemplum, ut sequamur vestigia eius. Quis enim non haberet conscienciam super isto, quod Cristus in persona propria vixit tam aspere et passus est[6] tam dire,[7] ut cristiani, qui forent oves sue, ipsum in moribus sequerentur?

Si ergo papa, quicunque episcopi vel prelati ecclesie adversantur Cristo in doctrina,[8] vita et moribus, non mirum, si ex hoc et isto dicto Petri in consciencia vel peccato animi sint[9] gravati. Si autem perversi sint in mercenarios et[10] lupos,[11] non mirum, si laniando et spoliando oves ab ovili domini sint[12] dispersi. Et hec creditur racio, quare secta saracenica, que est hodie longe maior[13] quam secta cristiana, a cristianismo cecidit.[14] Non dubium, quin pastorum superbia et[15] cupiditas altrinsecus[16] est in causa.

Et eadem est causa casus secundi, quare Greci a nominetenus fidelibus sunt divisi.[17] Creditur tamen, quod nostri occidui, qui sunt nimis maniaci,[18] divisi sunt a grecis fidelibus et[19] fide domini Iesu[20] Cristi.

Hec eciam est tercia causa, quare papis aspirantibus ad dignitatem istam cesaream[21] popul*(i)*,[22] adherentes ipsis, ab unitate fidei sunt divisi. Non dubium, quin error consistit in ipsis pastoribus, qui debent in moribus sequi Cristum. Sed[23] quis eorum est, qui vitam suam corporalem ponit pro ovibus, quin[24] pocius vitam cor-

---

CAP. VIII. [a] *v. 21*

---

[3] inquit *ACD* in quid *B* [4] *in D is add. below the col.:* Cristus passus est pro nobis *D³* [5] pro nobis *AB* *om. CD* [6] passus est *A* vixit *CD* *om. B* [7] dire *ABC* dure *D* [8] *in D is add. below the col.:* Prelati adversantur Cristo *D³* [9] sint *AB* sunt *CD* [10] et *A* vel in *B* vel *CD* [11] *in D is add. below the col.:* Perversi sunt in lupos *D³* [12] sint *AB* sunt *CD* [13] hodie longe maior *ACD* hodie maior *B*, *but B¹ has add. in mar.* longe [14] cecidit *ABC* occidit *D* *in A is add. in mar.:* Quare secta saracenica a cristianismo cecidit et sic de grecis fidelibus divisis a nominetenus fidelibus *A³* [15] et *A* atque *BCD* [16] altrinsecus *BCD* altrisentis *A,E* [17] *in D is add. below the col.:* A Grecis divisi sunt *D¹* [18] maniaci *ABC* numerati *D* [19] et *BCD* ex *A* [20] Iesu *ACD* nostri Iesu *B* [21] *in D is add. below the col.:* Ad dignitatem aspirantes cesaream *D³* [22] *all codd. read* populo [23] sed *A* si *BCD* [24] quin *ABCD* quando *E, cp. cap. IX, note 22; X, 18*

poralem ovium ponunt pro suis superbiis ac avariciis tamquam lupi. Ymo, qui videntur pastores laudabiles, sunt mercenarii, temporale stipendium et non beatitudinem pro sua custodia expectantes. Ipsi autem videntes adventum lupi rapacis, fugiunt ut vecordes, cuius causa est indubie, quod non sunt fundati in fide, spe et caritate, || sed in amore temporalium ut mercenarii non mercedem beatitudinis expectantes. Ideo talis mercenarius non est pastor, nec habet oves proprias, cum pro sua[25] custodia premium beatitudinis non expectat; patet tota[26] ista sententia Ioh. decimo.[b] || *A fol. 243a*

Sed fideles credunt unionem ecclesie sub[27] uno ovili et uno pastore ante diem iudicii vel post in beatitudine,[28] quia iuxta dicta superius[c] divisio sectarum in fide et moribus necessario[29] est ad unitatem in mercede beatitudinis vel pene finaliter[30] reducenda.

Unde quidam fideles publicant in wulgari, quod, sicut bonum esset, habere papam,[31] qui sequeretur[32] Cristum et Petrum in moribus et doctrina, sic malum esset, habere papam, qui in hiis duobus foret pastoribus istis[33] contrarius.

Secundo dictum est, si papa adversatur istis pastoribus in vita, moribus et doctrina, tunc est precipuus anticristus. Istud autem possunt fideles cognoscere ex fructibus, qui proveniunt[34] ex suis laboribus. Et comperto, quod pastores isti sophistici sunt taliter anticristus,[35] tunc sunt tamquam dyaboli detestandi, quia episcopus animarum Iesus Cristus, in celis residens, est caput vivax tocius ecclesie militantis.[36]

Tercio dictum est, si cristiani adorent huiusmodi anticristum,[37] ac si fuerit verus Cristus, tunc dyabolus per hoc habet desideratum medium ad seducendum populum ad infernum.[38] Ideo cum ex fide I. Cor. quarto[d] et undecimo[39][e] nemo debet sequi in moribus Petrum,

---

[b] *v. 1—15* [c] *cp. above cap. II* [d] *v. 16* [e] *v. 1*

---

[25] sua *BCD* suo *A* [26] tota *ACD* *om. B* [27] sub *BC* super *AD* [28] *in A is add. in mar.:* Quando erit unus pastor et unum ovile *A*[3] [29] necessario *AD* necesse *BC* [30] finaliter *ACD,B*[1] *in mar.* fideliter *B* [31] *in D is add. below the col.:* Bonum est habere papam *D*[3] [32] sequeretur *BCD* sequetur *A* [33] istis *ABC* *om. D* [34] proveniunt *ABC* proveninuit *D (a corr. word, probably* proveniunt) [35] anticristus *ABCD* anticristi *E* [36] *in D is add. in mar.:* Caput Cristus *D*[2] [37] *in D is add. in mar.:* Adorare anticristum *D*[3] [38] infernum *BCDE* inferum *A* [39] et undecimo *BCDE* et 11º *(cr. out) A*

Paulum vel aliquem cristianum, nisi de quanto ipse sequitur dominum Iesum Cristum, patet, quod error istorum ficte pastorum deviancium positus est in signum, ut fideles ab eis fugiant et sequantur dominum Iesum Cristum. Nescio contradicere isti sentencie, cum sit propinqua fidei cristiane.

CAP. IX.

Superest scrutari profundius errorem in isto principio,[1] ut caucius caveatur.[2] Dicitur enim, curiam illam statuere sibi pro regula, quod papa, qui sit summus Cristi vicarius in terris, a cardinalibus eligatur.[3]

Videtur autem error in isto principio multas[4] sequentes hereses parturire. Cristus enim, verus deus et homo, ex summa sapiencia elegit sibi duodecim[5] apostolos, et ex fide cardinales non possunt equiparari in isto ipsi[6] sapiencie increate. Ergo stulta presumpcio[7] foret, hoc sine evidencia fidei attemptare. Quando ergo papa non est sufficiens ad eligendum sibi cardinales loco[8] apostolorum, multo magis ipsi cardinales non sufficiunt, sine errore papam eligere tam- | *A fol. 243b* quam Cristum. Et confirmacio || istius est ex hoc, quod[9] multi pseudocardinales sunt electi per eleccionem istam stolidam, qui postmodum multum onerant ecclesiam et conturbant.[10]

Et idem patet in defectu[11] de eleccione erronea istorum paparum duorum; que eleccio non potest subterfugi fuisse erronea[12] secundum[13] utramque vel[14] alteram sui[a] partem. Et verisimile est multis, quod partes dividentes ecclesiam totam occiduam, swadentes

---

CAP. IX. [a] *With ref. to this use of* sui, *cp. cap. VII p. 669:* post ascensionem sui, *cap. XIII p. 687:* sui cum illis societas *and frequently*

CAP. IX. [1] principio *BCDE* p , ut *(sic) A, the passage is illegible in consequence of an erasure having taken place* [2] *in A is add. in mar.:* Si papa licite eligit 12 cardinales A^1 [3] *in D is add. in mar.:* De eleccione D^3 [4] multas *ABC* multos *D* [5] duodecim *ACD* 2cim *B* [6] ipsi *BCD* Cristi *A* [7] presumpcio *ACD* presupscio (cio *cr. out) B* [8] loco *BCDE* laco *A* [9] quod *ABC* quia *D* [10] conturbant *ABC* perturbant *D* [11] defectu *AB* effectu *CD* [12] *in D is add. in mar.:* Eleccio erronea duorum paparum D^3 [13] secundum *B* secundam *ACD* [14] utramque vel *AB* utramque partem vel *CD*

eleccionem sibi contrariam, fuisse erroneam, verum[15] dicunt, cum naturali instinctu homines desiderant[16] et consenciunt veritati. Et sic est verisimile, quod ambe elecciones paparum ad primatum huiusmodi[17] erant stulte; similiter non procedere in sibi ambiguo, ubi operacio securior et meritorior, magis patet, sed eleccio paparum per istos cardinales est ipsis ambigua, et operacio securior et meritorior est[18] a domino limitata.

Ergo eleccio illa est secundum dei prudenciam[19] dimittenda, et alia operacio, ut ewangelizacio, diccio oracionis dominice vel alia a[20] deo ordinata ad edificacionem ecclesie est humiliter amplectenda.

Nam iuxta principium fidei dictum a Hieronymo[21] et incorporatum in Decretis de Con. dist. quinta[b]: non mediocriter peccat, qui dimisso magis bono et magis facili elegit minus bonum. Sed quis dubitat, quin[22] recta ewangelizacio sit securior atque facilior quam pape talis eleccio? Ergo electores debent hoc maius bonum eligere et insecurum dimittere. Et ista videtur esse sentencia apostoli Rom. decimo quinto,[c] quando dicit: non enim audeo aliquid eorum loqui, que per me non efficit Cristus.

Numquid credimus istos electores cognoscere, quod Cristus ad edificacionem ecclesie elegit[23] hunc in[24] papam? Videtur ex facto apostolorum post missionem spiritus sancti contrarium. Nam ipsi

---

[b] *i. e. in Decretis, de Consecratione, Dist. V. The passage is to be found Corp. iur. can., Decr. p. III de Consecratione, dist. V., cp. 24; it runs as follows: Mediocre bonum non est magno praeferendum. Item Hieronymus (in regula monachorum ex Hieronymo collecta — Polycarpus l. 3 t. 25): Non mediocriter errant, qui bono magno praeferunt mediocre bonum. Nonne rationabilis homo dignitatem amittit qui vel ieiunium caritati aut vigilias praefert sensus integritati, ut propter abstinentiam immoderatam atque indiscretam psalmorum vel officiorum decantationem aut amentiae aut tristitiae notam incurrat? etc. — Cp. Corp. iur. can., Lpzg. 1879, I, 1418* [c] *v. 18*

---

[15] verum *AB,C² in the text, C¹ in mar.* unum *CD* [16] desiderant *AD* considerant *C* desiiderant *B* *this orthography is peculiar to B, cp. also* consiiderare, hiistoriacam *and some others* [17] huiusmodi *ACD* huius *B* [18] est *ABCD,E¹ in mar. om. E* [19] prudenciam *ABD* prudencia *C* [20] a *BCDE,A¹ in mar. om. A* [21] Hieronymo *ABC* Cristo *D* [22] quin *ABCD,E¹ in mar.* quando *(ud.) E* [23] elegit *ABC* eligit *D* [24] in *ACD,B¹ corr. into the text om. B*

eligendo Matthiam non audebant istud presumere, sed miserunt sortem super Matthiam et Ioseph, et cecidit sors super Matthiam, ut patet Act. primo.[d] Que ergo prudencia est, quod iste cetus cardinalium est Paulo et istis apostolis in eligendo hunc summum Cristi vicarium, quem fingunt esse superiorem Matthia, audacior? Revera videtur, quod sit[25] irregularis eleccio et frontosa.[26]

Similiter ecclesia Cristi posset regulari prospere[27] et quiete sine tali papa,[28] ut patet de tempore ab ascensione usque ad dotacionem ecclesie. Ergo cum nec racio nec auctoritas eleccionem huiusmodi introduxit, videtur, quod || pape talis eleccio et potestatis sue libracio[29] sint[30] contrarie racioni. Et hoc patet ex facinore, a papis precedentibus[31] pullulante.[32] Capit enim papa supra suam noticiam atque potenciam regulam ad regendum totam ecclesiam militantem,[33] cum nunc supponunt,[34] quod vita sua et mandatum suum sit regula cunctis fidelibus ad viandum.

|| *A fol. 243c*

CAP. X.

Ex istis lucescit error pullulans ex errore isto temere in ecclesiam introducto; nam ex dignitate presumpta papali fides catholica est sopita[1] et fides dyabolica[2] introducta.

Nam hodie capitur tamquam fides, quod non est possibile, papam manentem papam errare in moribus et specialiter in fide catholica,[3] quia capitur tamquam regula, quod si papa quidquam[4] diffinierit, tunc erit fides et sic[5] infinita de privilegis, indulgenciis

[d] *v. 26*

[25] sit *ABCD,E¹ in mar.* *om. E* [26] *in E is add. above the col.:* Eleccio pape unde redditur insecura et periculosa *E²* [27] prospere *ABDC¹* *in C there is a lakuna* [28] *in A is add. in mar.:* Regulari potest ecclesia sine papa *A³* [29] libracio *ABC* liberacio *D* [30] sint *ACD* sit *B* [31] precedentibus *ABD* procedentibus *C* [32] pululante *ABC* pululantem *D* [33] eccl. militantem *ACD* eccl. introducto nam ex dignitate presumpta *(from* int. *ud.)* militantem *B, the scribe got into the wrong line, cp. commencement of cap. X* [34] supponunt *A* supponitur *BCD*

CAP. X. [1] *In D is add. below the col.:* Ex dignitate presumpta fides est sopita *D³* [2] dyabolica *ABC* dyaboli *D* [3] *in D in mar.:* Papa non errat *A¹* [4] quidquam *ABC* quemquam *D* quidquid *C² in mar.* [5] sic *CD* *om. AB*

et[6] excommunicacionibus et censuris aliis capiuntur a simplicibus tamquam fides, et cum certum sit, quod[7] papa sit vir temptabilis, et a multis dyabolis assidue est temptatus, nec[8] est deus necessitatus, electoribus istis condescendere, dando isti pape graciam et virtutem, patet, quod faciliter potest corruere in quamcunque[9] voraginem viciorum. Nam apostoli ut Petrus et ceteri in presencia magistri optimi in multa vicia corruerunt.[10] Quare ergo est[11] deus necessitatus[12] ad dandum huic pape graciam, qui preter eius auctoritatem in suum tam eximium vicarium est electus? Revera videtur, sic opinantes blaspheme innuere, quod apud Cristum sit necessario accepcio personarum, quod est contra apostolum ad Gal. secundo[a] et sepe alibi.[b]

Similiter cum superbia sit pes inducens in totam voraginem viciorum, et iste primatus contra mandatum domini sapit manifestam superbiam,[13] videtur, quod iste prelatus sit manifestissime labilis in peccatum. Nam Psalmo tricesimo quinto[c] dicitur: non veniat mihi pes superbie, et manus peccatoris non moveat me. Ex quo fideles eliciunt, quod superbia est primus pes,[14] per quem peccator a deo decidit, ut patet de Lucifero et aliis personis in ecclesia a deo apostatantibus.[15]

Et quantum ad manus peccatorum, ad varietates criminum excitantes, patet, quod papa ex suo presumpto officio ad diversitatem || consensus peccati multorum hominum est temptatus. Ubi *A fol. 243d* enim Cristus noluit ex sua omnisciencia esse iudex vel divisor bonorum fortune,[16] ut patet Luc. duodecimo,[d] papa capit supra[17]

CAP. X. [a] *v. 6* [b] *cp., for instance, Deut. 10, 17; II Chron. 19, 7; Job 34, 19; Ecclesi. 35, 16; Acts 10, 34; Rom. 2, 11; I Pet. 1, 17* [c] *cp. Ps. 36, 12* [d] *v. 22—29*

---

[6] et *A* de *B* *om. CD* [7] et cum cert. sit quod *A* et tamen certum est cum *BCD* [8] nec *ABD* ut *C* [9] quamcunque *ACD* quantamcunque *B* [10] *in A is add. in mar.:* Petrus et ceteri in presencia magistri optimi in vicia corruerunt *A³* [11] est *AB* *om. CD* [12] qua. er. est de. nec. *A* qua. er. de. est. nec. *B* qua. er. de. nec. *CD* [13] *in D in mar.:* Primatus sapit manifestam superbiam *D³* [14] *in A in mar.:* Pes primus est superbia *A³* [15] apostatantibus *BC* apostotantibus *AD* [16] *in A is add. in mar.:* Papa dividens beneficia errat *A¹* [17] supra *ACD* super *B*

se, esse iudex vel divisor omnium beneficiorum ecclesie propter lucrum, nec dubium, quin[18] papa non habet generaliter scienciam, quin dat consensum multis dyabolis in particione huiusmodi sic presumpta.[19] Que ergo fides, quod iste papa peccare non poterit?[20] Et si dicatur, quod peccare non poterit manens papa, eque evidenter vel evidencius nullus predestinatus peccare poterit manens in gracia.[21] Hoc enim patet ex famosa significacione terminorum[e] fidei,[22] sed iste terminus papa et hec sompniata sentencia non sunt fundata ex racionibus vel scriptura.

Similiter ut fides capitur, quod papa sit pater[23] sanctissimus et caput ecclesie in tantum, quod, ut experimento didici, negans istam sentenciam erit tamquam hereticus persecutus. Sed certum est, quod nec papa in persona propria nec ecclesia[24] conversans cum illo, cui non sit revelacio, scit,[25] si predestinatus fuerit vel prescitus et per consequens, si sit membrum ecclesie vel dyabolus incarnatus. Quomodo ergo perversa est in fidem[26] ista presumpcio, quod papa necessario est salvandus et errare non[27] poterit in agendis. Ista quidem blasphemia acueret dyabolice multos homines, ut sint pape, quod[28] possint[29] credere istam heresim, quod postmodum errare non poterunt[30] vel peccare. Sed colligat papa cum suis cardinalibus et aliis Cristi fidelibus sensum suum et videat, si papa potest esse contrarius Iesu Cristo, videat, si revelacionem habuerit de futuris contingentibus sibi ipsi, si[31] alium papam adversantem sibi cum suis consencientibus excommunicare poterit et e contra, ymo generaliter, si dando indulgenciam[33] vel fulminando censuram conformis fuerit deo suo.

---

[e] *cp. above p. 176 ff.*

---

[18] quin *ABCD* quando *E*, *cp. cap. VIII*, 24; *IX*, 22 [19] presumpta *AB* presumptam *CD* [20] *in D is add. in mar.:* Que ergo fides *etc.* — poterit *D*³ [21] *in A is add. in mar.:* Papa non potest peccare manens papa *A*¹ [22] ex fam. sign. term. fi. *AB* ex famoso sermone ter. fi. *C* e scenoso sermone dominorum fi. *D* [23] pater *ABC* *om. D* [24] nec ecclesia *AB* nec eciam eccl. *D*, (eccl. *ud.) C* [25] scit *E* nescit *A*, *but* ne *cr. out by A*¹,*BCD*,*E*¹ *in mar.* [26] fidem *ABD* fide *C* [27] non *ABCD* *om. E* [28] quod *CDE*,*A*¹ *in mar.* quia *AB* [29] possint *AB* possunt *CD* [30] poterunt *ABC* potuerit *(?) D* [31] si *ABC* scilicet *B* [32] indulgenciam *ABC* sentenciam indulg. *D* sentenciam *C*¹ *in mar.*

Que ergo certitudo, quod papa tam stolidus errare non poterit vel peccare! Numquid credimus partiri poterit beneficia ecclesiastica imperitis[33] propter primos fructus vel aliud munus, quod[34] expresse sapiat symoniam? Numquid Simon Magus[35] propter mentem peccatis infectam et recessum ab imitacione Cristi eximitur, ne committere poterit[36] symoniam? Numquid ille terminus aut officium illud || sine Cristi licencia introductum[37] facit ista miracula[38]? || *A fol. 244a*

Revera si vite Cristi sit manifeste contrarius, est evidens, quod sit dyabolus, cum Matth. decimo sexto[39] docet fides, quod Petrus, ut videtur, pia intencione et simplici dicens[40] Cristo: absit hoc a te, domine, vocatus fuit sathanas[41] ab ipsa veritate: vade, inquit Cristus, post me, sathana.[f] Et indubie si perseverasset finaliter[42] in illo proposito adversarius[43] Cristo in sua[44] voluntate, ut ceperat Petrus, fuisset dyabolus condempnandus. Numquid credimus, papas aliquos adversantes Cristo in sua voluntate in illa adversancia[45] interire[46]? Multi possunt credere, quod multi pape possunt superbia indurari tamquam dyabolus et mori in tali adversancia, quam taquam sathanas adversantur[47] domino Iesu Cristo.

CAP. XI.[1]

Quidam autem ex fide scripture in practica sancti[2] pape eliciunt duodecim casus, in quibus papa est contrarius Iesu[3] Cristo,[4]

---

[f] *v.* 22—23

---

[33] imperitis *ACD* imperitus *B* [34] vel aliud munus quod *AC* vel al. minus quod *B* vel ad munus aliquod quod *D* [35] magus *ABCD* magnus *E* [36] poterit *ABC* posset *D* [37] introductum *ABC* introductam *D* [38] ista miracula *ABD* ista *(cr. out & ud.)* miracula ista *C, but transposed by marks, therefore* ist. mir. [39] 16° *ABD* 10 *C* [40] dicens *ABD* dicere *C* [41] *in D is add. in mar.:* Petrus vocatus fuit Sathanas *D*[3] [42] finaliter *ABCD* dyabolus condempnandus *(ud.)* finaliter *E, the copier got into the wrong line, deceived by* fuisset [43] adversarius *A* adversans *BCD* [44] sua *CD om. AB* [45] adversancia *BCD* adversitate *A* [46] interire *AB* in terris *CD* [47] adversantur *B* adversaretur *AC* adversatur *D*

CAP. XI. [1] *From this chapter on to the end of the Tract, cod. III. G. 16., δ, fol. 36a (of the Univ.-Library at Prague) contains our text. Its title (written by the texthand) runs thus:* Capitulum undecimum ex tractatu wikleff de cristo

quod, si moritur sic[5] Cristo contrarius, est indubie sathanas atque dyabolus.[6] Nam iuxta interpretacionem nominis anticristi ille, qui est Cristo contrarius in vita et doctrina, est ut sic anticristus. Quod si pape magis hoc conveniat, tunc indubie est precipuus anticristus, quia, licet dixerit, quod sit immediatus Cristi vicarius, tamen Matth. decimo[a] dicit Cristus: inimici hominis domestici eius. Ideo si in vita et doctrina[7] sit Cristo magis contrarius, tunc est Cristo precipuus inimicus et per consequens peior dyabolus conversans cum hominibus et precipuus anticristus.

Primo, inquam, ubi Cristus est veritas, ut patet ex fide Ioh. decimo quarto,[b] papa dicitur esse principium falsitatis, et ut sic Cristo contrarius. Dicitur autem seminare mendacia in verbis, scriptis et vita; in verbis quidem, quia dicit ex suo officio, se propinquissime sequi Cristum tamquam eius verum vicarium, dum tamen sit a Cristo in moribus maxime elongatus. Aliter enim non palliaret suam excellenciam seducendo populum, quomodo veniret in nomine crucifixi, ut Cristus prophetat[8] Matth. vicesimo quarto[c]: multi, inquit, venient[9] in nomine meo, dicentes, quia ego sum Cristus, et multos seducent.

Et si scriptis attendimus, videat homo scripta apostolorum, que ex fide sunt scripta domini Iesu Cristi, et scripta papalia, cuiusmodi sunt bulle et decretales epistole, et potest percipere, quo-
|| *A fol. 244b* modo in sentencia non concordant, cum scripta papalia dicunt || mundanam excellenciam, scripta autem ewangelica insinuant humilem[10] fugam mundi.

CAP. XI. [a] *v. 26* [b] *v. 6* [c] *v. 5*

et suo adversario Anticristo. Et tractatus ille incipit sic Secundum catholicos ecclesia est predestinatorum universitas. *This long title fills two (shortened) lines; in the third line the text begins:* Quidam *etc.; to the left above* Quidam *is add. byt he texthand:* Capitulum undecimum. *All this, with the title of the fragment are written upon an erasure* [2] sancti *Aδ* fancti *(the* n *ud.) B* facti *CD* [3] Iesu- *ACDE* domino Iesu *Bδ,*E^1 *in mar.* [4] *in A is add. in mar.:* Duodecim condiciones pape Cristo contrarie A^1 [5] sic *ABDδ* sit *C* [6] *in D is add. in mar.:* Papa contrarius Cristo D^3 in 12 casibus D^1 [7] vita et doctrina *ABδ* doctrina et vita *CD* [8] prophetat *ABδ* prophetavit *CD* [9] venient *ACDδ* veniunt *B* [10] humilem *ABδ* humiliter *CD*

Et quantum ad vitam, patet, quod Cristus et papa sunt directe contrarii, cum secunda[11] Cristi condicio fuit, quod ipse tenuit regularissime summam[12] pauperiem, ut[13] prophetatam est de ipso in veteri lege,[d] ut sentenciat[14] apostolus II.[15] Cor. octavo[e]: pro nobis egenus factus est, ut illius inopia nos divites essemus. Papa autem pretendit se et laborat ad hoc nimis illicite, quod sit seculo summe[16] dives. Cristus enim per pauperiem vicit mundum, ut patet Ioh. decimo septimo,[f] et ideo docet apostolus suus in epistola ad Titum,[g] quod abnegantes impietatem et secularia desideria sobrie et iuste et pie vivamus in hoc seculo. Ideo non mirum, si propter inhiacionem pape et suorum sacerdotum ad secularia desideria sit tota ecclesia militans perturbata.

Et tercio Cristus fuit homo mitissimus et mansuetissimus, ut patet Matth. undecimo[17][h]: discite a me, quia mitis sum et humilis corde; et eius mansuetudo declaratur capitulo duodecimo[i] ex testimonio Iesaie.[k] Papa autem dicitur esse homo superbissimus et crudelissime vindicativus, quia, dum deficit sibi potestas brachii secularis, ficte[18] simulat censuras excommunicacionis, et indulgencias[19] fingit cunctis, qui ipsum super hostes suos[20] voluerint[21] vindicare, ut patet[22] de cruciata[l] nuper[23] erecta contra antipapam, qui videtur pape nostro pretenso plus humili adversari. Et sic verificatur de ipso condicio anticristi, ubi[24] Cristus dicit Ioh. decimo[m]: ego sum

---

[d] *cp. Zach. 9, 9* [e] *v. 9* [f] *v. 14* [g] *cp. 2, 12* [h] *v. 29* [i] *v. 17—18* [k] *vgl. 42, 1* [l] *the Crusade (the passage:* laborantibus in illa cruciata *seems to show that the preparations for the campaign, the papal ordinances etc. are over and that the actual war has begun already) took place from the middle of May 1383, Walsingham, Hist. Angl. II, 88; according to Knighton, col. 2672, 44 in June 1383* [m] *v. 11*

---

[11] secunda *ABCδ* eciam *D* [12] summam *ACDδ* summe *B* [13] ut *ACDδ, B¹ in mar.* *om. B* [14] sentenciat *BCDδ* senciat *A* [15] 2ª *A* *om. BCDδ* [16] summe *ABCDδ* sume *E* [17] 11º *A*, et 12º *is erased, but still legible, E reads therefore* 11º, *but E¹ has added* et *after* 11º *and in mar.* 12 11º et 12º *BCDδ* [18] ficte *ABδ* suas ficte *CD* [19] indulgencias *ABCδ* indulgenciis *D* [20] suos *ABδ* *om. CD* [21] voluerint *ABCδ* voluerunt *D* [22] patet *E¹ in the text* papa *ABCDEδ* [23] nuper *ABCD* muper *δ* [24] ubi *A* quod ubi *BCDδ*

pastor bonus,[25] et annectens proprietatem boni pastoris dicit[n]: bonus[26] pastor animam suam ponit pro ovibus suis; e contra iste papa, qui videtur melior, pro sua[27] vita superba, quam[28] continuat contra Cristum per fictam suam cruciatam, ponit multa milia animarum. Nec possit[29] patere patencior condicio anticristi, quia verisimile[30] est, quod illis laborantibus in illa cruciata defecerunt fides, spes et caritas, et sic tam in corpore quam anima[31] sunt occisi, licet anticristus evasit[32] per suas fallacias contra Cristi humilitatem et mititatem[33] populi[34] seductivas.[35] Quid, rogo,[36] esset expressior condicio contra Cristum, quam, ubi ipse[37] animam suam pro multis posuit eciam inimicis, papa animas multorum fidelium amicorum Cristi ponat[38] non solum pro suo corpore, || sed pro sua dominacione mundana, quam possidet[39] contra Cristum?

|| *A fol. 244c*

Quarto sic[40] sub anathemate gravi precepit ad Gal. primo[o] et sepe alibi, quod non adderetur aliquid impertinens vel contrarium legi sue, cum lex sua sit per[41] se sufficiens secundum Augustinum continens singulas veritates. Papa autem dicitur condere multas leges, que distrahunt a noticia legis Cristi et sapiunt[42] crudelitatem multiplicem personarum, ut periti eliciunt de penis repugnancium cardinalibus, plus punitorum, quam senciunt, penas esse gravandas contra ipsos, qui peccant graviter contra deum.[43] Et ista lex videtur[44] esse blasphema[45] illis, qui student istam materiam undique,[46] cum Cristus transeundo per Samariam

---

[n] *cp. John 10, 11* [o] *v. 8*

---

[25] *in A is add. in mar.:* Bonus pastor *A*[1] [26] bonus *A* quod bonus *BCDδ* [27] pro sua *ABCD,δ*[1] *corr. into the text om. δ* [28] quam *B(?),CDδ* non *AE* quomodo *E*[1], *corr. from* non [29] possit *A* posset *BCDδ* [30] verisimile *AB CDδ,E*[1] *in mar.* visibile *E* [31] ani. *ABCD* in ani. *δ* [32] evasit *A* evaserit *BCD* evaserat *δ* [33] et mititatem *ADCD,E*[1] *in mar. om. E* mititatem *(a corr. word) δ* [34] populi *ABDδ* papali *C* [35] seductivas *ABδ* seductas *CD* [36] rogo *illegible in E, there is a hole in the parchment* [37] ipse *ABCD* Cristus ipse *δ* [38] ponat *ABCD* ponit *δ* [39] possidet *ABCD* posset *δ* [40] sic *BCDδ* sicut *A* [41] per *ACBδ* pro *D* [42] sapiunt *ABCD* sapiumt *δ* [43] deum *ABCδ* Cristum deum *D* [44] videtur *ABCDδ,E*[1] *in mar. om. E* [45] blasphema *A* blasphemia *BCDδ* [46] undique *ACDδ* undiquamque *B,E*[1] *in mar.* undiquam *(ud.) E*

noluit negantes[47] sibi atque suis prandium et hospicium propterea cruciari,[48] ut patet Luc. nono[p]: nescitis, inquit, cuius spiritus[49] estis? Filius enim[50] hominis non venit[51] animas perdere, sed salvare. Papa autem dicitur crudeliter multas animas perdere, numquid ipsum credimus propterea anticristum?

CAP. XII.[1]

Sequitur propter fructum istius materie videre alium quaternarium,[2] in quo Cristus est contrarius anticristo.

Primo in servicio discipulis[3] limitato. Cristus enim precepit suis discipulis, ut irent in orbem universum et predicarent ewangelium omni creature, ut patet Marc. ultimo,[a] anticristus autem in persona propria et in suis discipulis servat contrarium. Nam quoad personam propriam vel residet in sumptuoso castro, edificato furtive de bonis pauperum, vel fugit latenter ut latro de loco in[4] locum, non audens erigere caput proprium[5] propter hostes. — Et quoad suos discipulos, patet ex regula sibi subdita, vel facit suos episcopos in castris[6] dominorum temporalium residere, vocans totum hoc[7] furtive conquestum patrimonium crucifixi, vel claustrales suos includit in claustro ipsos impediens, ne predicent libere ewangelium creaturis. Et sic utrobique adversatur monitis[8] domini Iesu Cristi.

Nam quidam papa[b] residet tamquam alter[9] Cozdre[10c] in castro

---

[p] *v. 55*

CAP. XII. [a] *v. 15* [b] *Clement VII.* [c] *Kosru (Chosroes) II., a Sassanid and Nestorian, being engaged in continuous and victorious wars*

---

[47] negantes *ABCδ* ne gentes *D* [48] pro. cru. *ABδ* cru. pro *CD* [49] cuius spiritus *ABCδ* cuius *(ud.)* quid aut cuius spiritus *D* [50] enim *ABδ* *om. CD* [51] venit *ABCδ* wlt *D*

CAP. XII. [1] *In δ there is no division into chapters* Sequitur *etc. follows closely after* anticristus *in the same line; in the left margin* cap. 12m [2] *in A is add. in mar.:* De quaternario *A*[1] [3] *in E* discipul, *also* enim pre *and* ut irent *which follow shortly afterwards are wanting on account of the hole, see cap. XI, 36* [4] in *ABCD* ad *δ* [5] proprium *ABδ* suum *CD* [6] castris *ABDδ* castro *C* [7] hoc *BCDEδ,A*[1] *in mar.* *om. A* [8] monitis *ABDδ,C*[1] *(inserted in the blank left by C)* [9] alter *ABδ* altis *C* alc*(? t)*is *D* [10] Cozdre *AB* cosdree *C* casdree *D* Cosdre *δ*

Avinonie,[11] et quidam in castro Rome vel alibi,[d] ewangelizacione ubilibet pretermissa. Et iudicet fidelis, utrum in hoc sequitur Iesum Cristum. Nam Cristus elegit capi in orto,[e] ut patet Ioh. *A fol. 211d* duodevicesimo[f] et perante circuivit pedester ‖ per[12] patrias ewangelizans gratis hominibus[13] regnum dei, nec timuit capcionem suorum hostium, ut patet de Scarioth, ministris pontificum et phariseorum, sed eis gratis se obtulit, continue benefaciens inimicis, ut patet duodevicesimo,[14][g] ubi supra.

Et cum papa non[15] intrat secundum istam formam in ovile ovium, sed ascendit aliunde, patet ex testimonio Cristi, qui mentiri non poterit, Ioh. decimo,[h] quod sit realiter fur et latro.[16] Bona ergo, que capit de pauperibus ad edificandum castra talia et ad faciendum genus suum inclytum, furatur de pauperibus tamquam latro. Et quoad claustrales, quos secundum legem suam incarcerat, patet idem. Nam totum hoc facit ex mendacio, non consenciente domino capitali, et per consequens omnia bona ista rapit de pauperibus ut fur et latro. Sed quis posset esse in hoc magis contrarius Iesu Cristo?[17]

Secunda condicio anticristi[18] Cristo[19] contraria stat in isto, quod Cristus auffugit[20] seculariter dominari, anticristus autem cupit[21] in hoc specialiter extolli supra dominum Iesum Cristum, quia fingit mendaci titulo, quod extollitur seculariter super quodlibet regnum mundi, ac si dyabolus sibi concederet illud, quod Cristus renuit

---

with East-Rome advanced in 616 as far as Chalcedon, but after having persecuted in his new provinces the catholic christians with terrible cruelty he was totally defeated in 628 by the Emperor Heraclius [d] *Urban VI.* [e] *i. e.* horto — *all the codd. read* orto (? orco) [f] *v. 1 ff.* [g] *John 18, 25—27* [h] *v. 1*

---

[11] avinonie *ABδ* avinione *CD* [12] per *ABCD* *om. δ* [13] hominibus *ABCD* *om. δ* [14] 18 *ABE* Joh. 18 *CD* Johann. 8vo δ Jo. *E¹ in mar.* [15] non *ABCD* *om. δ* [16] *in A is add. in mar.:* Papa edificans castra realiter est fur et latro *A³* [17] posset e. in h. m. c. I. Cristo *ABδ* p. in h. m. e. c. domino I. C. *CD* [18] anticristi *ACDδ,B¹ in mar.* *om. B* [19] Cristo *Aδ* Iesu Cristo *B* exposicio *CD* [20] auffugit *ACDδ,B in mar.* *om. B* [21] cupit *AC* capit *BDδ*

capere a dyabolo tamquam contrarium legi dei, ut patet in temptacione Cristi tercia Matth. quarto.[i]

Et sicut magister istius dotacionis est mendax, sic et ista dotacio est ficticia[22] plena mendacio. Quis[23] enim dubitat, quin papa non sit dominus omnium bonorum religiosorum, tam possessionatorum quam mendicancium, licet ipse et sui cardinales legem constituant, ex qua cum[24] paribus istud sequitur manifeste? Ex istis infertur veritas istius dicti apostoli[25] II.[26] Thess. secundo,[k] quod anticristus extollitur supra Cristum. Cristus enim non[27] habuit proprium sibi humanitus, ubi caput suum cum discipulis reclinaret, ut patet Matth. octavo.[l] Iste autem anticristus fingit contrarie, quod dominatur[28] sic supra[29] omnia regna mundi, quod[30], si fratres ipsum vere constituant dominum supra[31] omnia bona sua in Anglia, non dubium, quin exinde dominaretur — quod absit — capitaliter super bonis omnibus regni nostri, quia sine regis licencia acciperet[32] dominium super omnibus istis bonis et per idem dominium super omnibus bonis ecclessie nostre per reges dotate. || Sed || *A fol. 245a* quomodo foret cum isto[33] rex noster nisi subregulus[34] subditus[35] anticristo, quia, antequam fratres vel religiosi possessionati istud capitale dominium sibi[36] dederant, fuit apud deum racionabile, quod ipsum[37] haberet. Et per consequens ex titulo voluntatis divine habuit ius ad illud et sic ad omnia bona regni.[38]

---

[i] *v. 10* [k] *v. 4* [l] *v. 20*

---

[22] ficticia *ABCD* fictica *δ* [23] quis *ABDδ* quin *C* [24] cum *ABCD* *om. δ* [25] apostoli *ABCD* *om. δ* [26] 2ª *ACDδ* 2º *B* [27] non *ABCD*,δ^1 *corr. into the text* *om. δ* [28] dominatur *ABCD* dominetur *δ* [29] supra *ACDδ* super *B* [30] quod *A* quia *BCDδ* [31] supra *A* super *BCDδ* [32] acciperet *ABCD* acciperetur *δ* [33] isto *A(?),Bδ* iste *CD* [34] subregulus *ABδ* regiminibus *D* subregulis *C* [35] subditus *ACDδ* subditis *B* [36] sibi *ABCδ* non sibi *D* [37] ipsum *BCDδ* ipse *A* [38] regni *ABCD* regni sui *δ* —. *After* regni *in A is add. (by the texthand):* Mily boze neprze pussty ey toho nanasse czechy sprostne; *the same in E with slight orthographical alterations:* Myly boze neprze pusstiey toho nanasse zechi sprostne, *i. e. O good God, do not let come this man into our beloved Bohemia (Mily bože, nedopouštěj toho na naše prostne Čechi!) In all the other codices this patriotical and indignant exclamation of the scribe, who copied the Tract, is wanting.*

CAP. XIII.

Adhuc superest videre, quomodo papa in conversacione sua est contrarius Iesu Cristo.

Iesus[1] enim fovit et sustinuit seculare dominium et ipsum negavit suis sacerdotibus convenire, sed papa facit in isto contrarium, ergo in isto est contrarius Iesu Cristo. Cristus enim natus est in[2] tempore, quo dominium magis floruit, de quo tempore fuit propter[3] tranquillitatem[4] et pacem a domino prophetatum Iesaie secundo[a]: conflabunt gladios suos in vomeres et lanceas[5] suas in falces. Cristus eciam[6] gracia confirmacionis istius dominii dedit tributum cesari, ut patet Matth. decimo septimo,[b] ymo mandavit illa, que sunt cesaris, dari cesari, ut patet Matth. vicesimo altero.[7c] Et in illo involucro[8] confirmavit secularia dominia subdominorum sub cesare dominancium. Unde nec in persona propria nec in suis apostolis quesivit[9] temporale dominium, nec fuit secularibus dominis nec suis tenentibus onerosus, ut patet de duobus Cristi conviviis et confessione multiplici sancti Pauli.

Papa autem videtur in omnibus istis esse contrarius,[10] primo, quia abstulit medietatem romani imperii, quod nec Cristus nec aliquis[11] eius apostolus acceptasset. Et sic de approbacione dominii cleri[12] dotati et mendicancium subdole dominium[13] seculare attenuancium, que omnia[14] papa gaudenter approbat et confirmat. Ideo cum idem sit, esse Cristo contrarium et contrarium factis[15] suis, videtur ex ista contrarietate papam esse patulum anticristum.

Similiter Cristus[16] elegit sibi discipulos simplices, ydiotas[17] et mundi pauperes, ut patet Matth. decimo,[d] et in introitu ad suam

---

CAP. XIII. [a] *v. 4* [b] *v. 27* [c] *v. 21* [d] *v. 1 ff.*

CAP. XIII. [1] Iesus *BCδ* in Iesus *A* Cristus *D* [2] in *ABDδ* *om. C* [3] propter *ACDδ* *om. B* [4] tranquillitatem *ABCD* tramquillitatem *δ* [5] lanceas *Bδ* lances *ACD* [6] eciam *ABCδ* enim eciam *D* [7] 22º *ACDδ* 20º *B* [8] involucro *ABCD* convolucro *δ* [9] quesivit *ABCDδ,E^1 in mar.* que sunt *(cr. out & ud.) E* [10] contrarius *ABC* Cristo contr. *Dδ* [11] aliquis *ABδ* quis *CD* [12] cleri *ABDδ,C^1 in mar.* talis *(ud.) C* [13] dominium *ABCDδ* dominum *E* [14] omnia *BCDδ* omnino *A* [15] factis *CDE,$δ^1$ (corr. from* sanctis) sanctis *AB* [16] Cristus *ACDδ* *om. B* [17] ydiotas *ABCδ* et idiot. *D*

religionem facit eos plus pauperes, ut patet Matt.[18] undevicesimo[e] et Luc. decimo quarto[f] illis dicit: omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, que possidet, non potest meus esse discipulus. Papa autem eligit[19] sibi[20] plures quam duodecim cardinales, plus inclytos, callidos et astutos, et prius mundo abiectos elevat in falsos dominos urbis et orbis.[21] Aliter enim foret discipulus magistro nimis dissimilis et ex contrarietate foret ‖ societas dissoluta, quia Ecclesiastici[22] tredecimo[g] dicitur: quid communicabit cacabus ad ollam? Quando enim se colliderint,[23] confringetur.[24] ‖ *A fol. 245b*

Ex istis videtur,[25] quod papa habet affeccionem inclinatam mundo, et hinc[26] consentit et eligit, quod habeat tales socios sibi continue assistentes.

Similiter Cristus prohibuit suos ferire cum[27] gladio, sed pati ut ipse, cum potuit hostes suos, si voluerit,[28] faciliter superare, ut patet Ioh. duodevicesimo.[h] Papa autem dicitur d(*u*)cere[29] et conducere milites de bonis pauperum ad cumulandum sibi superfluitates stercorum et discipulos suos, qui severius exsecuntur illud officium, plus commendat, eciamsi cardinales fuerint,[30] et ad uberiorem promovet dignitatem. Sic, quod Cristo conversante nobiscum non foret sui cum illis[31] societas, quia secundum apostolum II.[32] Cor. sexto[i] non est communicacio Cristi ad belial, et secundum legem suam, quam[33] dat de David, tales pugnatores et viri sangwinum non sunt digni[34] sacerdocio regis pacis.

Ex istis practice declaratis declarari potest patencius, quod papa ad bella sic[35] provocans[36] sit patulus anticristus, quia ante incarnacionem et tempore sue nativitatis et post resurreccionem

---

[e] *v. 23 ff.* [f] *v. 26* [g] *v. 3* [h] *v. 11* [i] *v. 15*

---

[18] Mt.º *BDδ,E¹ in mar. om. ACE* [19] eligit *ACδ* elegit *BD* [20] sibi *ABCD om. δ* [21] et orbis *ABCD,δ¹ in mar. om. δ* [22] ecclesiastici *ABCδ* Genesis *D* [23] colliderint *ABDδ* colliserint *C* [24] confringetur *ABD* confringentur *δ* olla confringetur *C* [25] videtur *ABCD* patet *δ* [26] hinc *AB* sic *δ* habere *CD* [27] cum *ABCD om. δ* [28] voluerit *ABδ* voluerat *CD* [29] docere *AB* dare *CDδ* [30] cardinales fuerint *ABCD* cardinalis fuerit *δ* [31] illis *ABCD,δ¹ corr. into the text* cristus *(cr. out) δ* [32] 2ª *D³ in mar. om. ABDδ* 1ª *A¹(?) in mar., C* [33] quam *ACDδ* quomodo *B* [34] digni *ACDδ om. B* [35] sic *ABCδ* sit *DE* [36] provocans *BDδ* provocatus *AC*

Cristus pacem suis fidelibus commendavit. Sed cum inequa distribucio temporalium sit causa discordie et bellorum,[37] videtur, quod[38] papa, principians[39] tot dominia secularia in clero et auferens illa de seculari brachio, sit principium discordie et bellorum, et illa est condicio anticristo.

CAP. XIV.

Adhuc restat finaliter iuxtaponere[1] tres proprietates contrarias ex multis,[2] que conveniunt Cristo et pape vocato eius vicario.

Prima est, quod Cristus limitavit racionabiliter locum iurisdiccionis in Iudea: non sum missus, inquit, nisi ad oves, que perierunt[3] domus Israel, ut patet Matth. decimo quinto.[a] Quando autem visitavit Samariam, Tyrum et Sidonem vel terras alias, hoc fuit[4] figurative ad denotandum, quod gentes fuerunt postmodum in ovile domini convertende, et in istis terris convertit filios Israel. Papa autem vellet extendere suam iurisdiccionem per totam terram habitabilem, dum lucrum sibi saperet, quia per hoc creditur, quod mandavit angelis rapere spiritum care ementis hoc spirituale suffragium in numerum beatorum. Ymo si crederet, illud sonare[5] sibi in lucrum, vellet suam iurisdiccionem[6] extendere per vacuum infinitum. Verum tamen cum[7] in castro vel villa[8] parva ‖ [9] vix vel numquam predicat iura Cristi, videtur, quod modicus locus iurisdiccionis sibi sufficeret.

‖ *A fol. 245c*

Sed triplex videtur causa huius extensionis fatue supra Cristum,[10] Petrum vel quoscunque alios apostolos Iesu Cristi. Primo, ut exteri ferant sibi copiosius pecuniam et in die iudicii commer-

CAP. XIV. [a] *v. 24*

[37] et bellorum *ABCD*, δ[1] *in mar.* et *(cr. out & ud.)* δ [38] quod *ABCD* *om.* δ [39] principians *ABCD* principans δ

CAP. XIV. [1] iuxtaponere *AB*δ imponere *CD* [2] ex multis *ACD*δ *om. B* [3] perierunt *ABCD* perierant δ [4] fuit *AB* fecit *CD*δ [5] sonare *ABCD* *om.* δ [6] *in C in the lower mar. of the fol. there is add. as a catchword:* vellet suum iurisdiccionem *C* [7] cum *BCD*δ tantum *A* [8] villa *ABC*δ in villa *D* [9] *from this col. on to the end of the chapter in the text of A the red commas of A[1] are discontinued; in cap. XV they reappear* [10] Cristum *BCD*δ Cristo *A*

cantes cum illo symoniace[11] contra suam maliciam contestentur. Secundo,[12] ut declaret[13] stultis evidencius immensitatem vel generalitatem sui dominii. Tercio,[14] ut vexet[15] fideles anxius[16] citando eos in tempore brevi, in quocunque loco ipsum esse contigerit.[17] Numquid credimus in hoc sequitur dominum Iesum Cristum? De Cristo quidem[18] legimus,[b] quod venit[19] per magnam distanciam ad[20] Iordanem baptizandus a[21] Iohanne, et Iohannes mirative dixit sibi: ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me? Et Iesus ait: sine modo, sic enim decet nos implere omnem iusticiam. Papa autem ex tali crebra citacione contra dominum citando impotentes citatos[22] a domino ad locum contrarium pro eodem tempore per infirmitatem et[23] impossibilitatem ad in loco citacionis pape incognito comparendum ostendit condicionem patulam anticristi.[24] Cristus enim citat ad unum locum pro uno tempore, et ipse ad locum contrarium pro eodem. Cristus eciam non[25] permittit nos temptari ultra hoc, quod possumus,[26] ipse autem mandat nos[27] facere, quod non possumus. Cristus eciam numquam citat nisi ad beatitudinem vel medium ad eandem,[28] ipse autem citat ad infernum, posito, quod ex sibi dubio in tempore, quod ipse limitat, suus[29] spiritus fuerit[30] in inferno, sed Act. quinto[31c] dicunt apostoli[32]: obedire oportet magis deo quam hominibus.

Secundo Cristus dicitur homo mansuetissimus et maxime domesticus suis subditis ex hoc, quod iuxta dicta fuit homo humillimus. Sic enim venit Ierusalem sedens super asinam et pullum eius sine sella, dum disciduli posuerunt super ea[33] vestimenta sua et eum

[b] *cp. Matth. 3, 13 ff.* [c] *v. 29*

[11] symoniace *ACDδ* symoniaco *BE* [12] 2o *ABCD* 2a *δ* [13] declaret *Bδ* declararet *ACD* [14] 3o *ABCD* 3a *δ* [15] vexet *ABCDδ* vext *(sic) E* [16] anxius *ABCδ* anticristus *D* [17] contigerit *ACDδ* contingerit *B* [18] quidem *ABCδ* enim *D* [19] venit *ABCDδ,E[1], here a correction has taken place* vovit *E* [20] ad *ACDδ* in *B* [21] a *ABCδ* de *D* [22] citatos *ACDδ,B[1](?) corr. into the text* citos *B* [23] et *ABC* *om. Dδ* [24] anticristi *ACDδ,B[1] in mar.* cristi *B* [25] non *in B in mar.* [26] possumus *ABDδ* possimis *C* [27] nos *ABδ* nobis *CD* [28] eandem *BDδ* eandum *AC* [29] suus *ACDδ* finis *B* [30] fuerit *ACDδ* fuit *B* [31] 5o *ABCD* 1o *δ* [32] dicunt apostoli *Aδ* dicente apostolo *B* dicit apostolus *CD* [33] ea *ABC* eam *Dδ*

desuper sedere fecerunt, ut patet Matth. vicesimo primo,[d] et tunc impleta est prophecia de Cristo Sachar. nono,[e] quod venit Ierusalem mansuetus. Papa autem dicitur habere[34] cardinales et familiam nimis superfluam[35] ad onus ecclesie; et illi, cum equitant, habent || *A fol. 245d* sellas splendidas || et numerum[36] famulorum et equos ac[37] mulas cum apparatu alio omnino superfluo et tam ecclesie, qua[38] propter istam superfluitatem solverit, quam loco, cui ipse advenerit, omnimode oneros[*o*],[39] et tamen ex fide capimus, quod Cristus in loco, cui advenerat, infinite[40] efficacius seminaverat[41] iura dei.

Cristus eciam fuit domesticus suis apostolis, quod die cene sue implevit pelvim aqua et tunica se succinxit ac[42] lavit per ordinem pedes suorum apostolorum,[43] sed ubi mansuetudo vel domesticitas maior[44] posset esse? Papa autem dicitur monere cesares ad ducendum sibi frenum[45] tam superfluo apparatu et sedendo postmodum in solio facere magnos et dignos fideles pedes suos cum genuflexionibus osculari.[46] Sed que conveniencia Cristi ad belial?

CAP. XV.

Ultimo videtur, quod Cristus fuit summe domesticus ostendens suam inferioritatem[1] et summe fugiens lucrum seculi, papa autem videtur inter mortales candere luciferina superbia et cupiditate symoniaca.

Nam de Cristo legimus Ioh. octavo[2]: ego gloriam meam non quero, sed de papa dicitur, quod tota vita sua et gesta sunt[3] propter querendam gloriam huius mundi. Quare, rogo, propter

---

[d] *v. 7* [e] *v. 9*
CAP. XV. [a] *v. 50*

---

[34] habere *ABCD* *om. δ, comes after* superfluam [35] superfluam *BCDδ* supfluam *A, the stroke through* p *is omitted by the scribe* [36] numerum *BEδ* mirum *(?) A* nimium *CD* [37] ac *ABδ* et *CD* [38] qua *E* que *ABCDδ* [39] omnimode onerose *CDδ* omnino deonerose *AB* [40] infinite *AE* infinitum *CDδ* infundabiliter *B,E¹ in mar.* [41] seminaverat *AB* seminaverit *CDδ* [42] ac *ABδ* et *CD* [43] apostolorum *ABδ* discipulorum *CD* [44] maior *BC(?),D,E¹ in mar.* amplior *Aδ,E (ud.)* [45] *in δ* frenum vel equm *(the last two words are inserted in the text above* fre.) [46] *in D is add. in mar.:* Pape ducere equm et pedes osculare *D¹*

CAP. XV. [1] inferioritatem *BCDEδ* inferioritate *A* [2] sunt *ACDδ* sit *B*

causam aliam consentiret vocari[3] pater sanctissimus, et per suos glosatores vocari deus mixtus, vel deus in terris, vel officium talis vicarie Cristi supra[4] omnes Cristi apostolos[5] acceptare, et de potestate incognita, concedendo privilegia et terrendo[6] inscios per fictas censuras ultra hoc, quod fecerunt Cristus et[7] sui apostoli se pompare?

Et sic ubi Cristus docet Matth. decimo[b]: gratis accepistis, gratis date, nichil datur a papa, eciam introitus ad suam locucionem,[8] nisi ematur palam vel abscondite, tacite vel expresse; et sic est de infinitis heresibus sue potestatis et operacionis,[9] quibus videtur multipliciter consentire. Quando autem papa noscit[10] et audit suos pseudoclericos dicere, quod nemo debet ipsum corripere, tunc[11] habet in scrinio sui[12] pectoris cunctas leges, et potest tam verbo quam opere cum cunctis conditis[13] legibus dispensare,[14] ymo cum lege dei ac articulis fidei, cum potest cuncta talia innovare.

Et sic dicunt sui pseudodiscipuli,[15] quod gravius est, in legem[16] suam vel precepcionem offendere[17] quam offendere in monita ‖ Iesu Cristi, quia papa, qui peccare non poterit, gravius punit ista. ‖ *A fol. 246a*
Potest enim quemcunque sibi contradicentem diffinire, publicare[18] esse hereticum et postmodum tractare ipsum penaliter, quomodocunque[19] ipse[20] cum suis cardinalibus[21] voluerit adoptare[22] et quantumcunque[23] inhabilem pure ex bullis suis habilitare, quod indubie, si Cristus poterit, foret personarum accepcio apud deum.

---

[b] *v. 8*

---

[3] vocari *ABCδ* honori *D* [4] supra *ABCD* super δ [5] apostolos *ABCDδ* vicarios *(ud.)* apostolos *E* [6] terrendo *ABCDδ* terrenendo *E* [7] et *AB* vel *CDδ* [8] locucionem *CDδ,E¹ in mar.* locacionem *ABE* [9] operacionis *CDEδ* opinionis *B* operonis *A (graphical error)* [10] noscit *ACDEδ* non scit *B* [11] tunc *A* cum *BCDδ* [12] sui *ABCD* suis δ [13] conditis *ABCD* *om.* δ [14] *in D is add. in mar.:* Dispensare cum lege *D¹* [15] sui pseudodiscipuli *AB* pseudo sui discipuli *CD* suo pseudo disc. δ [16] in legem *ABCD* *om.* δ [17] offendere *ABCD* suam offendere δ [18] publicare *ABCD* et *(corr. into the text by δ¹)* publicare δ [19] quomodocumque *ABDδ* quocunque *E, the compendium above* quo *has been forgotten by the copier* cum *(ud.)* quocunque modo *C* [20] ipse *ABCδ* non ipse *D* [21] cardinalibus *ABCδ* cardinalis *D* [22] adoptare *ACδ* adaptare *BD* [23] quantumcunque *ABδ* quemcunque *C* quomodocunque *D*

Multe sunt tales blasphemie, quas cecati non percipiunt, et fideles non audent, propter penam ecclesie publicare. Et sic, sicut status vel officium videtur suum superfluum,[24] sic status sectarum[25] quatuor cuiuslibet membri sui. Nam quantum ad privilegia vel opera quecunque, que fingit[26] se facere, vel sunt utilia vel nociva. Si sunt utilia, tunc sunt prius[27] racionabilia apud[28] deum, et per consequens sine empcione sue licencie factibilia[29] absque periculo. Si autem sint[30] nociva, tunc non sunt per fucum[31] sue licencie facienda.

Istas autem condiciones duodecim tetigit fidelis quidam,[c] sperans in domino, ut vel sic securius imitetur[32] Cristum et fugiat[33] anticristum. Nam fides edocet, quod nemo sequatur papam,[34] nisi de quanto ipse imitatur Iesum[35] Cristum, nec papa obedienciam vel limitacionem plurem[36] appeteret, cum fides apostoli et patens racio fidei hoc testantur.[37] Nam Ioh. decimo[d] dicit Cristus: si non facio opera patris mei, nolite michi credere, et I.[38] Cor. quarto[e] et undecimo[39 f] dicit suus apostolus[40]: imitatores mei[41] estote, sicut et ego Cristi. Nam si amplius deberet[42] aliquis cristianum[43] aliquem imitari, posset licite a Cristi vestigiis deviare.

Explicit tractatus de Cristo et suo adversario anticristo.[44]

---

[c] *i. e. the Author of the Tract, cp. above* persona tamen hec asserens *cap. VII p. 671, also above p. 556* [d] *v. 37* [e] *v. 16* [f] *v. 1*

---

[24] officium videtur suum superfluum *ABCD* officium suum videtur sup. *δ* [25] sectarum *BCDδ* secta *A* [26] fingit *ABCDδ,E¹ in mar.* fiunt *(ud.) E* [27] prius *ABCδ* plus *D* [28] apud *ACDδ* ante *B* [29] factibilia *ABDδ* fictibilia *C* [30] sint *Aδ* sunt *CD* sit *B* [31] fucum *ABCδ* factum *D* [32] imitetur *AC* imitentur *BDδ* [33] fugiat *B* fugiant *ACDδ* [34] papam *ABδ* mandatum *CD* [35] Iesum *ABCD* dominum Iesum *δ* [36] plurem *ABCD* plurime *δ* [37] testantur *Aδ* testatur *BCDE* [38] 1a *ABCD* 1o *δ* [39] 11o *ABδ* *om. CD* [40] dicit su. ap. *ABDδ* dicitur suis Apostolis *C* [41] mei *ABCDδ,E¹ in mar.* dei *E* [2] deberet *AD(?)* debet *BCδ* debere *E* [43] cristianum *ABCD* cristianus *δ* [44] Explicit *etc. AB* Excitlip Sutactrat de Storic. te. ous adsairouer *C i. e.* Explicit Tractatus de Cristo et suo adversario Explibit tractatus de Cristo et suo adversario etc. per Iohannem de Turnow *D* Explicit de Cristo et suo adversario anticristo. Incipit tractatus de fundacione sectarum *E* *om. δ, in its stead after* deviare *is add.* Iohannes Wyclefficek.

XXV.

DE CONTRARIETATE DUORUM DOMINORUM,

SUARUM PARTIUM AC ETIAM REGULARUM.

DE CONTRARIETATE DUORUM DOMINORUM.

I. Division.

Thesis: In opposition to Christ the heavenly Lord there is another earthly lord, the Antichrist with his members, cap. I

Argument:

(a) The struggle of Antichrist and his army against Christ and their means of war, cap. I—V

(b) Objections of a frater *and their refutation, cap. VI—VIII.*

II. Summary of Contents.

Chap. I. *In opposition to Christ, the true and mighty Lord of heaven, there stands a power of the abyss, Antichrist, who has likewise as Christ his own law and very numerous members, p. 698. Proof for this thesis and etymology of Anticristus, p. 699.*

Chap. II. *Antichrist not being allowed to attack Christ the Lord, a hard and fearful struggle between the members of both powers is raging, p. 699. Instead of the only true law of Christ, wrong and deceitful arts, the* nigromancia *and* philomancia *have been introduced by the Sects in order to win the battle, p. 700. Etymology of both names, p. 700.*

Chap. III. *The Author speaks of the effects the first of these false arts produces in the Church: (1) it is said, that the endowment of the Church is a holy and meritorious work, p. 700. Proof, that this assertion is erroneous, p. 701—702.*

Chap. IV. (2) It is said that the engagements entered into by the temporal lords for fitting out the clergy with temporal riches, must unconditionally be kept, p. 703. Refutation of this assertion, p. 703—704.

Chap. V. The four Sects the introduction of which is spoken of as a good and meritorious work, p. 704, before all others take upon themselves the defence of these theses, p. 704. But it must be said that their introduction is wrong, p. 704, as the teaching of Christ plainly shows, p. 704. The head of the Sects endeavour to seduce all believing christians away from the Gospel truth, p. 705.

Chap. VI—VIII. In connection with this opposition between the members of Christ and Antichrist is the assertion of a frater, *that the old and common division of the Militant Church into three parts is not correct, p. 705, for women and children are not included in it, p. 707—708, and the clergy must be considered as* laboratores, *p. 708. — Refutation by the Author of all these objections on the ground of reason and Holy Scripture (Gal. III; Luke XI; Matth. XII; Eph. I; Rom. XIII; Matth. XXII), p. 708—709. — Excursus on the relation of the Mendicant Friars to this old traditional division, on their foundation and the many evils, which have befallen the Church in consequence of their introduction, p. 710. From all this, it is evident, that they are with their head superfluous and ought to be done away with, p. 711—712.*

III. Date of Composition.

There is only an argumentum e silentio from which the date of the Tract may eventually be inferred. It is curious to see that Wiclif in the list of the heresies of the Mendicants with which the Tract winds up, does not mention the Roman doctrine of transubstantiation, which otherwise is his main reproach against them in his polemical writings. Also from the slight hints at an English translation of the Bible, which may be inferred from the passages libri ewangelici *cap. VIII p. 711, as well as from the persecution of the* sacerdotes fideles *p. 711 a direct and conclusive date camot be inferred. I leave therefore the date of this present Tract uncertain.*

IV. Genuineness.

(a) External evidence:

(1) Wiclif-Catalogue of the Vienna codd., see above p. LIX ff.

(2) Bale, Summarium fol. 157[a].

(3) Shirley, Catal. No. 83 p. 27.

(4) Lechler, J. v. W. 568.

(b) Internal evidence:

(1) see above General Introd. V, e.

(2) a number of thoughts peculiar to Wiclif and often made use of by him in his polemical writings, are here repeated in a manner that there cannot be any doubt as to the genuineness of the Tract, cp. for instance, cap. VII, commencement with De Fund. Sect.; p. 709 below with ibidem.

V. *Not printed heretofore.*

VI. *Extant only in cod. Ashburnham XXVII. c. fol. 43[a]—48[b]; printed from the copy kindly lent me by F. D. Matthew, Esq. of London. Matthew has also done the collation, and I have every reason to rely on his conscientiousness. Whether any Correctors and Glossers have been at work on the Tract, is not shown by Matthew's copy.*

JOHANNIS WICLIF

DE CONTRARIETATE DUORUM DOMINORUM.

CAP. I.

|| Ash fol. 43a lin. 3

|| Sicut est unus verus et summus dominus in celis re|sidens, qui est trinitas increata, sic est unus | falsus et infimus dominus, qui est sathan residens | in abysso. Nam fides scripture Ioh. 14[a] vocat eum principem huius mundi, et Iob 41[b]: rex super omnes filios superbie. Et sicut princeps vel rex licet false nuncupatur, sic potest ad sensum similem dominus nuncupari.

Habent autem hii duo domini legem duplicem, membra duplicia seu tenentes. Lex autem dei et membra seu tenentes Cristi sunt lex scripture et predestinati ad gloriam; sed lex dyaboli et membra sua sunt lex scripture contraria et presciti ad poenam perpetuam.

Et sicut hii domini sunt condicionis contrarie, sic leges eorum et sua corpora sive membra. Sed cum 'super omnia vincit veritas', necesse est primum verum dominum secundum putativum et falsum cum suis appendiciis superare. Et sic necesse est, solum unum esse dominum, qui de domino superiori non teneat, et proporcionaliter dicendum est de sua familia atque lege.

Habet autem lex scripture et per consequens membra Cristi paucos fautores hodie vel tenentes. Lex autem dyaboli habet

---

CAP. I. [a] v. 30 [b] v. 25

multos fautores et per consequens membra anticristi multiplicia vel tenentes.

Dicitur autem anticristus ex triplici significacione famosa: primo pro capitali dyabolo, qui sathan dicitur sive lucifer, de summa ierarchia celesti, in bonitate nature precipuus inter omnes dyabolos, qui ex superbia ceciderunt. Et sicut deus habet in terris humanitatem Cristi suum verum vicarium, sic iste dyabolus habet in terris suum vicarium, qui ad secundum sensum dicitur anticristus. Tercio vero modo potest quodcunque membrum dyaboli dici dyabolus ac eciam anticristus. Sicut enim membra Cristi dicuntur nuncupative propter inhabitacionem et conformitatem animi ipse Cristus, sic membra dyaboli propter assimilacionem dicuntur dyabolus ac eciam anticristus. Sic enim veritas de Iuda Scariothis loquitur: nonne ego duodecim vos elegi, et unus ex vobis dyabolus est, Ioh. 6?[c] Et I Joh. 2 scribitur[d]: Et sicut audistis, quia anticristus venit, nunc anticristi multi facti sunt.

Et concordat interpretacio cum ista sentencia. Dicitur enim anticristus ab anti, quod est contra, et Cristus, quasi contra Cristum, sicut oportet esse omne membrum dyaboli. Unde I Joh. 4[e] sic scribitur: omnis spiritus, qui solvit Iesum, || ex deo non est; || *Ash fol. 43b* et hic est anticristus, de quo audistis, quoniam venit et nunc iam in mundo est.

CAP. II.

Sed quia anticristus non potest Iesum Cristum quoad suam propriam substanciam impugnare, nititur contra Cristum in membris suis agere, que sunt partes ecclesie, et in lege.

Nam in ista hora novissima sunt multi anticristi legem domini impugnantes, ut hii blasphemant, quod lex scripture est falsissima lex in mundo. Et hoc machinatus est dyabolus, ut regula catholica in auctoritate et amore deficiat cristianis. Nam si lex ewangelica sit sic falsa, viantes naturaliter ipsam negant, odiunt et per consequens auctoritatem eius in suo regimine parvi pendunt.

---

[c] *v. 70* [d] *v. 18* [e] *v. 3*

Secunda pars scole dyaboli introducit multas leges absconditas, legi domini repugnantes, cuiusmodi sunt nigromancia et philomancia, quas dicitur hodie esse a fratribus introductas.

Et dicitur nigromancia a nigros, quod est mortuum, et mancia, quod est sciencia, quia sciencia de mortuis suscitata, modo, quo dicitur I Reg. 28[a] quandam phitonissam Sauli suscitasse spiritum Samuelis. Nec dubium, ut docet Augustinus, quin dyabolus hic respondit. Et ipse est primus mortuus spiritus. Et ideo istam artem nigromanticam secundum quandam excellenciam dicitur sibi vendicare.

Dicitur autem philomancia a philos, quod est amor, et mancia, quasi sciencia amorem mulieris vel viri illicite acquirendi. Et istam scienciam dicitur fratres multipliciter practizare.

Nec dubium, quin quelibet talis ars dyabolica diminuit viatoribus noticiam divine sciencie, et sic potest dici sciencia anticristi. Et sicut dyabolus est falsus iuxta dicta in principio, sic necesse est, istam dyabolicam scienciam esse falsam. Potest autem dyabolus semel vel aliquociens dicere suis discipulis veritatem, ut seducat eos copiosius postmodum plus nocive.

Et extendendo nomen nigromancie potest quelibet ars falsa vel non fundata in lege domini ars nigromantica bene dici. Et sic pseudopredicantes vel practizantes in lege papali vel alia lege hominum, in lege domini non fundata, possunt nigromantici vere dici, quia omnes illi discunt et practizant legem mortuam ex instinctu dyaboli. Et patet, quomodo multi nigromantici et anticristi discipuli sunt in mundo.

|| *Ash fol. 44a* Sed absit, dyabolum et membra sua ad || tantum contra Cristum, qui est verus dominus, prevalere, quod faciat comburi codices de lege domini et has artes dyaboli prepollere! Lingwa enim, sive hebrea, sive greca, sive latina, sive anglica, est quasi habitus legis domini. Et per quemcunque talem habitum eius sentencia magis vere cognoscitur a fideli, ipse est codex plus racionabiliter acceptandus. Lingwa enim tam in via quam patria a sentencia

---

CAP. II. [a] *Cp. I Sam. 28, 12 ff.*

et lege domini est remota, cum in penam peccati superbie edificancium turrim Babel est divisio lingwarum a deo et per dyabolum introducta.

CAP. III.

Restat parumper videre, quomodo hec ars nigromantica seduxit plurimos in ecclesia militante.

Est autem infamis binarius,[a] in quo multi philocapti a secta et lege domini sunt seducti. — Arguunt enim quidam ydiote per istam artem, quod dotacio in ecclesia fuit sancte et meritorie introducta, quia papa Silvester, multi sancti episcopi et abbates ista dotacione usi fuerant et approbative ipsam acceptaverant, ergo bene.

Sed ad declarandum fallaciam huius argucie nigromantice oportet capere tamquam fidem, quod non sequitur de aliquo apostolo: ipse sic et sic fecerat, ergo bene, nisi additur minori, quod in sic faciendo secutus fuerit dominum Iesum Cristum. Cristus enim est principium et coraula cuiuscunque operis meritorii membri sui, cum modo mirabili ducit patres legis veteris per viam domini ad patriam incedentes.

Oportet ergo fundare in fide, quod iste pape, episcopi et abbates in approbando dotacionem talem secuti fuerant dominum Iesum Cristum; et tunc bene sequitur, quod bene et meritorie sic fecerunt.

Sed cum in Cristo non fuerant est et non, ut patet II Cor. 1,[b] Cristus autem secundum legem suam duplicem prohibuit clericos suos sic dotari, et in persona propria ac suis apostolis hoc servavit, manifestum est, quod pars sibi contraria per anticristum fuerat introducta. Sicut ergo non sequitur: Petrus, Paulus, filii Zebedei et Scarioth sic fecerunt, ergo relinquitur cristianis ad imitacionem eorum taliter faciendum, ita non sequitur: isti vocati sancti sic fecerunt, ergo bene, nisi docto, quod in hoc secuti fuerant dominum Iesum Cristum.

CAP. III. [a] *This* binarius *is being treated of by the Author in this and the following chapter* [b] *v. 19*

Sic enim nigromanticus posset fundare fallaciter, quod cristianus debet cum iuramento falso negare dominum Iesum Cristum, quia Petrus sic fecerat,[c] qui istis sanctis propinquius secutus fuerat || *Ash fol. 44b* salvatorem. || Sed certum est, quod non in hoc secutus fuerat veritatem. — Et eodem modo dicitur de Paulo, qui profitetur I Timo. 1,[d] quod contra dominum blasphemavit. De filiis autem Zebedei patet Matth. 20,[e] quomodo per matrem suam primatum illicite cupiebant. — Et omnes isti apostoli nobis incognite istas tres personas et cunctos patronos novellorum ordinum excedebant. De Scarioth autem patet ex ewangelio, quod secutus fuerat Cristum incessu pedum, ymo, ut multis placet, probabiliter ad tempus secundum presentem iusticiam in moribus secutus fuerat hunc magistrum.

Erubescat igitur philocaptus ex illicito amore temporalium de argucia ista nigromantica: pape, episcopi et abbates, qui reputantur sancti, sic fecerant, ergo bene, cum de Petro et aliis sanctis non sequitur, quos tamen ex fide tenemur credere nunc beatos. Istos autem credunt, qui voluerint, esse sanctos evidenciis topicis citra fidem.

Ideo patet, quod ista argucia anticristi deficit tam in materia quam in forma. In materia quidem, quia accipit apocrifa swasa ex evidenciis vocatis miraculis tamquam fidem; et in forma deficit, quia non annectit medium nec potest probare ipsum, per quod conclusio probaretur, scilicet quod dicti sancti in hoc, quod inhiarunt ad temporalia, secuti fuerant dominum Iesum Cristum.

CAP. IV.

Ex istis patet luce clarius intuentibus veritatem, quomodo argucia ista nigromantica non seduceret fideles aliquos per errorem legis domini ad credendum, quod stat cum illa sacerdotes Cristi hereditarie sic ditari. Ideo restat recitare secundam[a] infamem arguciam, per quam arguit anticristus, quod clerici Cristi taliter sunt ditandi.

---

[c] *cp. Matth. 26, 69 ff.* [d] *v. 13* [e] *v. 20 ff.*
CAP. IV. [a] *Cp. above cap. III p. 701*

Arguit enim ex iuramento et fide elemosinaria dominorum, quod necesse est, ipsos servare pactum, quod cum clero pepigerant, quia aliter, ut fingit, forent animarum suorum progenitorum infidelissimi proditores, ac si blasphemarent in Cristum, quod ipse fuisset in arte amandi stultissimus et ingratus. Carte, inquiunt, concesse de perpetua elemosina sunt implende. Sed idem est procuratorem dyaboli sic arguere, ac si intenderit, si quis iuraverit, se occidere fratrem suum vel aliquod facinus pro parte dyaboli contra dominum perpetrare, ex fide sua de servando iuramentum tenetur, illud facinus adimplere. Et sic racione dyaboli tenetur manere perpetuo in suo crimine contra Cristum.

Sed quis fidelis non erubesceret istam arguciam, cum fideliter inferatur oppositum, subducta philomantica arte infideli? Unde ewangelista || docet in fine sue tercie epistole filios suos carissimos a filargiria precavere[b], hoc est ab amore illicito terrenorum. Cristus autem ex fide docet artem amandi perfectissimam. Ipse autem dicit Ioh. 13[c]: mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut et ego dilexi vos, ut et vos diligatis invicem, quasi diceret: hoc mandatum de dileccione do vobis noviter, ut vos diligatis ad invicem, secundum formam, qua ego diligo apostolos meos, quam ego practizavi in illis tam opere quam sermone. Aliter enim non est vera dileccio, sed odium philomanticum, quod dyabolus introduxit. || *Ash fol. 45a*

De dileccione autem Cristi legimus Matth. 20[d], quod ipse negavit cognatis suis filiis Zebedei primatum mundanum, ut sedere ad dextram suam et sinistram, sed concessit eis paupertatem ewangelicam et instar sui bibere passionem. Calicem, inquit[e], meum bibetis. Et vel oportet concedere, quod Cristus fuit ingratus suis cognatis vel impotens, vel ex sinceritate amoris illis concesserat istud bonum. Ideo sequendo amorem Cristi, ut quilibet cristianus tenetur ex fide, factis cartis talibus vel iuramentis illicitis tenetur fidelis ipsa festinanter disrumpere et legi domini obedire.

Carte enim iste infideles non sunt ewangelium, sed patenter heretice contra ipsum. Ideo si secundum legem humanam non

---

[b] *the quotation is not accurate, cp. Luke 12, 15* [c] *v. 34* [d] *v. 21 ff.*
[e] *vgl. Matth. 20, 22*

valet donacio nisi habita licencia domini capitalis, patenter convincitur, quod non valet aliqua talis donacio nisi prehabita dei licencia, qui est dominus dominorum.

Nam ex fide convincitur, quod aliter non foret elemosina vel opus licitum, sed facinus illicitum anticristi. Ideo ostencio cartarum talium ostendit, quod tam concedentes quam admittentes sunt discipuli anticristi.

Et patet, quod sicut argucia prior[f] fundatur in errore hominum contra Cristum, sic et ista secunda[g] argucia fundatur in errore, quam anticristi discipulus nititur per racionem nigromanticam stabilire.

CAP. V.

Restat videre, quomodo iste secte quatuor et religiones nove in ecclesiam introducte in eodem errore nigromantico sunt fundate.

Arguunt enim, quod secte iste sunt bone et licite, quia a tam piis patronis ordinum stabilite. Quis enim negaret ordinaciones || *Ash fol. 45b* istorum || sanctorum, Benedicti, Dominici et Francisci, et specialiter in isto, quo secundum tot sanctos ecclesiam ornaverunt.

Sed sicut superius[a] dictum est, oportet ad rectificandum istam arguciam capere in minore, quod dicti patroni in ordinando sectas huiusmodi non erraverunt, sed secuti fuerunt dominum Iesum Cristum. — Quod est multis incredibile ex duobus: primo quia Cristus fuit de eleccione duodecim apostolorum contentatus, isti autem patroni excellunt multos duodenarios, ac si anticristus vellet ipsos extollere supra Cristum. Unde novas regulas et novos habitus possident tamquam hereditarie, ac si regula Cristi et sua ordinacio fuerint incomplete. Unde Cristus, ymo tota trinitas, limitavit suo ordini, quod dicti sui discipuli per magnam partem habitabilis, non servata hodierna regula circumirent, ut patet de Petro Act. 10.[b] Unde quod apostolus Paulus non audebat per se tales sectas colligere, ut patet I Cor. 1 et 3,[c] dat fidelibus evidenciam, quod vel iste tres patroni stolide presumpserunt, et sic in fundando

---

[f] *see above p. 701* [g] *see above p. 703*

CAP. V. [a] *See above p. 701* [b] *34 ff.* [c] *cp. 1, 10 ff.; 3, 4 ff.*

tales ordines peccaverunt, vel quod iste secte ab institucione pura domini, quam patroni docuerant, paulative secundum quod dyabolus eos instigaverat, erraverunt.

Doce tu, si sciveris, quod isti patroni in isto secuti fuerant dominum Iesum Cristum, et docere potes faciliter hoc secundum; nec sequitur maius inconveniens, quod isti patroni ignari et stolidi erraverunt, quam quod Petrus et ceteri apostoli a maiori gracia ceciderunt.

Unde videtur, quod non sit pocior evidencia, quod iste secte in sanctitate superant sectam Cristi, nisi quia in largitate habitus ypocrisis est celata.

Et sic dyabolus per has sectas novellas personas in illis obligatas ad tartara insensibilius et cautelosius introducit. Unde inclusa heresis in istis religionibus ex necessitate malicie prorumpebat, quando magnificaverant istas sectas supra sectam domini Iesu Cristi, ac si innuerent, quod ille patronus fuerit stolidus, sed sui patroni, licet ydiotici, in hoc fuerant periti et sancti.

Ex talibus mediis hic breviter inculcatis potest fidelis capere evidenciam ad magnificandum sectam Cristi, ad quam evidenciam omnes nigromantici nesciunt respondere. Fidelis ergo ex amore ad Cristum iuxta fidem catholicam || ipsum extolleret supra ipsos. || *Ash fol. 46a*

CAP. VI.

Restat videre obiectus quosdam, quos frater quidam nigromanticus facit contra tres partes ecclesie militantis, scilicet clericorum, secularium dominorum et wlgarium laborantum.[a]

Divisio, inquit, ista est insufficiens, cum femine sunt partes ecclesie et ipse non sunt aliqua istarum trium parcium. —

Sed hic suppono huic nigromantico fidem scripture et eius metaphysicam, que in subtilitate et utilitate est supra suam nigromanciam. Et tunc concedo sufficienciam divisionis predicte ecclesie militantis, et concedo sibi ulterius, quod femine sunt partes eiusdem ecclesie, quod nescio vel perfunctorie fundare de fratribus, ymo si novit

CAP. VI. [a] *With ref. to this, cp. above p. 654*

fidem scripture, eadem ecclesia est mulier fortis, ut patet Prov. ultimo.[b] Et cum hoc est, vir unus iuxta illud Porfirii[c] participacione speciei plures homines sunt unus homo; et melius fuisset illi fratri ac pertinencius studuisse ysagogas Porfirii quam nigromanciam dyaboli.

Et ut stulticia ydiote magis appareat, suppono sibi, quod tota personalitas hominis servatur in spiritu. Aliter enim nec Cristus descenderet ad inferna nec sancti, quos colimus, habitarent modo in patria. Ex qua fide patet, quod omnes femine predestinate sunt beat*(e)*[1] pro suo tempore, cum secundum apostolum ad Gal. 3[d] non est sexus distinccio apud deum; nam ista persona est animus et cum hoc anima, sicut deus est deitas et cum hoc pater et filius et spiritus sanctus. Unde ipse foret ydiota nimis mendicus in scriptura, qui istam metaphysicam ignoraret. Numquid credimus, spiritus sanctus intellexit personam femine cum persona masculi, quando dixit: beati, qui audiunt verbum dei et custodiunt illud Luc. 11[e] et Marc. ultimo[f]: qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit? Et Matth. 12[g] dicit Cristus: quicunque, inquit, fecerit voluntatem patris mei, qui in celis est, ipse meus frater, soror et mater est. — Numquid credimus, fratres posse per suam nigromanciam tales scripturas domini viciare? Unde post auctores scripture fuerunt tam greci quam latini de ista logica contentati. Unde in simbolo Athanasii[2] sic habetur: quicunque wlt salvus esse etc., quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus
|| *Ash fol. 46b* esse non poterit. || Numquid credimus, hoc simbolum excipere mulieres a fide vel beatitudine? Constat scientibus alfabetum fidei scripture, quod ignorancia ydiotica foret, nigromanticum taliter opinari.

Sed ulterius accedendo ad fratris stulticiam suppono sibi fidem scripture ad Eph. 1[h]: ipsum dedit caput super omnem ecclesiam,

[b] *v. 10 ff.* [c] *cp. Porphyrii Introductio cum aliis commentariis ed. Venet. 1562, De Genere cap. 2 vol. I, 2b. Cp. also Trial. 78* [d] *v. 28* [e] *v. 28* [f] *v. 16* [g] *v. 50* [h] *v. 22*

CAP. VI. [1] beati *MS.* [2] attanasii *MS.*

que est corpus eius. Ex quo palam sequitur, quod tres tercie[i] militantis ecclesie sunt eciam singula unum corpus et ultra patet, quod quelibet illarum parcium est secundum partem digniorem masculus, clericus, secularis dominus vel operarius. Et per consequens iste tres partes ecclesie sunt tales, quales in principio sunt descripte. Sicut enim Ethiops est albus secundum dentes, sic fratres sunt heretici secundum partes prescitas, liberales sciencias ignorantes. Adhuc enim alii heretici non impugnant grammaticam fidei scripture, sed illa supposita ascendunt ad logicam nigromanticam, hoc est dyabolicam, ipsam, ut putant, heretice impugnando. Nec vidi textum vel racionem pro ista demencia coloranda nisi istam Decretalem 'omnis utriusque sexus'[k], ubi videtur papam debere loqui conformiter ad scripturam, quod omnis viator debet semel in anno omnia peccata sua sacerdoti proprio confiteri, nisi forte, quia voluit utrumque sexum in ista decretali tam necessaria expressisse. Sed grama*(t)*ici[3] cum adiutorio logicorum impugnant hanc legem, dicentes, quod solum pro *(h)*erm*(aph)*roditis[4] de virtute vocabuli fuit facta.

Et per hec patet responsio ad secundam arguciam, qua arguitur divisionis insufficiencia ex hoc, quod infantes baptizati in proximo morituri non sunt de aliqua parte ecclesie nominata, et tamen sunt membra ecclesie, cum sint predestinati, ergo divisio incompleta.

Et forte frater fecit istam arguciam, quia nullus eorum scit fundare, quod ipsi sunt aliqua pars ecclesie militantis. Tales autem infantes, cum sint predestinati, sunt Cristi milites ac eciam sacerdotes et meritorie laborantes: quomodo ergo non sunt in aliqua parte ecclesie nominata, cum extendendo terminum sunt in qualibet trium parcium ecclesie supradicta? Nec est inconveniens, sed consonum, quod dicta ecclesia habet solum unam partem, scilicet militantes, solum duas partes, scilicet contemplativos et activos, et sic quotquot volueris limitare, sicut mandatorum decalogus || est || *Ash fol. 47a* solum unus, quia dileccio, ut dicit apostolus Rom. 13[l], et solum

---

[i] *cp. above p. 706 l. 2* [k] *cp. Corp. iur. can. ed. Leipzig 1879 II, 887; Decr. Greg. IX, l. V, tit. XXXVIII, cap. XII, De Poenit. et Remissionibus* [l] *v. 9*

---

[3] gramadici *MS.* [4] ermofroditis *MS*

duo, quia dileccio dei et proximi: in his enim duobus mandatis universa lex pendet et prophete, ut docet Cristus Matth. 22[m]. Nam, ut docet Averroes[5][n], si frater cognoverit, totum est sue partes, ex quo secuntur conclusiones multe sibi incognite, licet in sua arte nigromantica non fuerint expressate.

CAP. VII.

Sed tercio instatur, quod membra divisionis coincidunt, cum secundum fantasiam meam clerici debent ex lege domini laborare; et per consequens stat, simul aliquas personas ecclesie esse clericos et milites ac eciam laborantes. Paulus enim solempnis episcopus suis manibus laboravit, ut patet Act. 20.[a]

Sed hic dicitur concedendo, quod membra ista coincidunt, licet raciones habeant impermixtas; ideo probabiliter creditur, quod magna pars fratrum debet esse de tercia parte ecclesie laborantes. Nam ex eorum presumpta stulticia est tercia pars ecclesie in cultoribus et operariis diminuta.

Et si obicitur, quod eadem est obieccio contra me ipsum, dicitur, quod ex gracia deo elegi illam partem ecclesie, quam dominus approbavit, et voluntatem habeo laborandi in dei servicio conformiter illi parti. Sed nec fratres sciunt fundare, quod ex ordinacione domini debent esse partes ecclesie militantis, nec sciunt nisi per blasphemum mendacium fundare, quod debeant taliter mendicare. Ideo habent nimis debile fundamentum. Unde aliquid Cristus docuit opere et sermone et aliquid taciturnitate; opere docuit, quod sacerdotes sunt acucius arguendi, quando intrando in templum eiecit vendentes et ementes in illo, ut patet Ioh. 2[b] et Matth. 21.[c] Aliquid autem docuit viva voce, sicut patet ex doctrina sua ewangelica, quam habemus. Omissione vero docuit, tres sectas religiosorum, que erant in suo tempore, cessaturas, ut

---

[m] *v. 40* [n] *cp. Averroes, Comment. in Arist. op., ed. Venet. 1562, Comment. in Metaph. VII cap. 3; vol. VIII, 162 ff.*

CAP. VII. [a] *v. 34* [b] *v. 15* [c] *v. 12 ff.*

---

[5] averroys *MS.*

Phariseos, Sadduceos et Esseos. Ymo breviter ex fide capimus, quod omnes acciones Cristi et eius omissiones sunt plene salubri sentencia et figura.

Illa autem, que erant magis necessaria et sponse Cristi magis utilia, clarius expressavit, ut doctrina suorum sacerdotum, cuiusmodi erant apostoli, et in ipsa doctrinam aliorum sacerdotum, qui post ipsos in ecclesia sequerentur. Statum autem dominorum secularium expressavit per hoc, quod dedit tributum cesari, ut patet Matth. 17[d]; et per Joseph ab Armathia, decurionem nobilem, voluit sepeliri, ut patet Matth. 27.[e] Et sic approbavit sexum femineum multis modis, cum accepit elemosinas a sanctis feminis, Luc. 8[f] et illis post recurrecionem primo voluit apparere, ut patet Marc. ultimo[g] et Ioh. 20.[h]

Approbavit eciam terciam partem ecclesie, dum manserat cum Zacheo Luc. 19[i] et Ma*(tth.)*[1] 9.[k] De sacerdotibus autem templi non lego, quod cum ipsis manducavit, vel innuitive, insin || uative, vel || *Ash fol. 47b* expressa voce statum eorum aliqualiter approbavit.

De fratribus autem vel statibus novellis, qui postmodum in ecclesia succreverunt, non lego, quod ipsos aliqualiter approbavit, nisi forte dicatur, quod Cristus ipsos ex sua omnisciencia reprobavit, ut Matth. 7[l]: attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, a fructibus eorum cognoscetis eos, et Matth. 24[m]: surgent pseudocristi et pseudoprophete et seducent multos, et II Cor. 11[n]: periculum in falsis fratribus.

Unde iste secte non possunt subterfugere, quin Cristus reprobative de istis loquitur, si vivunt taliter, qualiter in ewangelio describuntur. Cristus enim auctor nature voluit naturalem significanciam termini propter tales sectas sine sua licencia subintrantes in ecclesiam subticere.

Unde dicitur communiter et catholice, quod dupliciter dicuntur aliqui in fide scripture verbaliter nominari, scilicet specialiter, ut

---

[d] *v. 24 ff.* [e] *v. 57 ff.* [f] *v. 2—3* [g] *v. 1; 4* [h] *v. 1; 14*
[i] *v. 5—6* [k] *v. 10 ff.* [l] *v. 15* [m] *v. 24* [n] *v. 26*

CAP. VII. [1] Marc. *MS.*

patet de Petro et ceteris et generaliter, ut patet de fidelibus sacerdotibus sectam suam pure tenentibus, a qua vocali nominacione secte quatuor cognite sunt exempte. Ideo vivat sacerdos legi Cristi conformiter, et audeo dicere, quod in verbis applicatis apostolis statum suum Cristus, licet generaliter, limitavit.

Doceant ergo fratres, secundum ysagogas Porfirii[o] vel artem suam nigromanticam, quod Cristus statum suum aliqualiter approbavit, et tunc de tanto et non amplius sunt fundandi.

Ideo erubescant nigromantici arguere quod, status individuus sacerdotis non plus quam status generalis religiosi hodie introductus est a domino approbatus, quia sacerdotes docere possunt, quomodo status suus generalis, licet in multis degenerent a domino, approbatur, sed iste secte nec possunt individua nec genera suorum statuum invenire.

Ideo dicunt quidam, quod Cristus numquam generaliter vel specialiter de ipsis recoluit nisi forte reprobative ex hoc, quod est omnisciens, cum Matth. 25[p] in forma fatuarum virginem de ipsis loquitur: amen dico vobis, nescio vos.

Ista pauca nunciative dixerim, ut veritas scripture occasionaliter plus lucescat.

CAP. VIII.

Ex istis colligitur condicio istarum novarum sectarum, cum tamquam fures abscondite in ecclesiam introducte impugnant fideles precipue de heresi, sicut latrunculi in noctibus imponunt fidelibus, quod ab eis tales cogniti sunt latrones. Maniaci quidem reputant alios esse tales.

|| *Ash fol. 48a* Ducunt autem ex sua mania nigromantica plebeos in hanc || heresim, quod lex Cristi est falsa et ad regimen ecclesie insufficiens, nisi quod per ipsos et suum regimen est adiuta. Et ista cum suis sequentibus est heresis manifesta. —

Dicunt secundo, quod religio pura Cristi non est ita perfecta sicut religio sua, in tempore, quo solutus est sathanas, mendicata. —

---

[o] cp. above cap. VI note c *[p] v. 12*

Et tercio ex isto principio furantur pueros, spoliant egenos et mille meandris lacerant legem Cristi. Ista autem heresis cum suis appendiciis non est minus priori heresi triumphanti ecclesia manifesta.

Et ex istis quarto germinant alie hereses nocive ecclesie militanti, scilicet quod plus necessarium est et meritorium conferre illis elemosinas Cristi pauperibus limitatas, quam dare illas elemosinas eis, quibus multipliciter Cristus eas limitavit.

Et ex istis quinto crescit monstrositas in numero et qualitatibus personarum, in construccione domorum[a] et aliorum ornamentorum, tam in indumentis et aliis apparatibus, ut magis appareant sancti ecclesie militanti. Et ut breviter dicatur, per suam ypocrisim tota militans ecclesia patitur discrasiam.

Et ex istis sexto inferunt, cum habent corda dominorum et dominarum in suis manibus, quod libri ewangelici et sensus catholici declarati populo comburantur et libri artis sue nigromantice ac philomantice per magnates ecclesie defendantur. Et sic supponitur, quod in brevi tempore nova facient omnia in ecclesia militante, nisi deus miraculose contra eas ordinaverit remedium speciale. Et tamen tota malicia eorum per latitudinem sui habitus et suam ypocrisim populo est celata.

Et sic septimo nutriunt dominos, dominas et potentes propter pauca spolia in suo facinore contra Cristum et sacerdotes pauperes et fideles usque ad mortem atrociter persecuntur, et sic tamquam in bello inter Gelvos et Gibilanos dividunt totam militantem ecclesiam. Nec dubium, quin contra legem domini corpus ecclesie militantis commovent et conturbant.

Et iste est finis divisionis sue ripinice,[1] quem faciunt predicando et multiplicacionis religionis sue et secte, quas contra dominum introduxerunt. Nec cessabit ista divisio anticristi a comminucione unitatis et pacis Cristi ecclesie, antequam Cristi ecclesia

---

CAP. VIII. [a] *Cp. above p. 47 note, also p. 69; 135; 143*

CAP. VIII. [1] *Thus the MS. reads, perhaps for* rabbinice, *cp. Matthew, E. W. h. u., p. 532 and cod. Ash fol. 75:* fratres predicant verba ficta et poemata ripinisata.

inter hereticos insensibiliter sit divisa. Cessant enim in secunda pace et non dicunt terciam pacem in opere, sed bella, dissensiones[2] et spoliaciones pauperum fraudulentas, ex quibus est multis veri- || *Ash fol. 48b* simile, quod sunt procuratores patuli anticristi. || Cristus enim amavit unitatem et pacem, et pro ipsa sustinuit diram mortem. Anticristus autem e contra amat divisionem et separacionem in sectis et pro hoc fine procuratores plurimos subdole machinantur; nec cessabit innovacio ista zizanica, antequam deus ex sua gracia expulsis istis radicibus per noticiam sue legis ad antiquam reduxerit suam ecclesiam unionem.

Unde quidam eliciunt ex signo triplici, quod est dyabolica divisio in hiis sectis; primo ex hoc, quod carent fundacione in racionibus vivacibus vel scriptura. Et vel oportet negare deitatis Cristi omnipotenciam ac omniscienciam vel dicere, quod causa necessitatis inducendi istos ordines vel pateat in racionibus, vel pateat aut lateat in thesauro dyaboli per tempus, quo regnaverat Iesus Cristus. Et quodlibet ipsorum est infamis heresis deridenda. Nec est racio, quare Cristus per mille annos et amplius claret sue ecclesie istam causam et pro tempore, quo suscitatus fuit dyabolus, patefaceret istas sectas, specialiter cum iste secte deviant tantum ab ordinacione et regula dei.

Secundum signum est, quod iste secte religionum novarum instar peccancium sunt contrarie sibi ipsis. Nam una pars potencior contradicit alteri, et una antiquior imponit repugnanciam alteri sequenti, quia, ut vere inquit, posset stare ecclesia in statu prospero, si priores eius partes redacte fuerint ad regulam, quam Cristus instituit. Ideo non est racio, quare secta sequens non repugnat tamquam contraria ecclesie militanti, et sic prior secta fert moleste, quod secta consequens sit in ecclesiam introducta.

Nec est facile solvere istas evidencias debite prosecutas, nam opera dei sunt sic perfecta, quod non est aliquod individuum vel pars eorum, quin fiat ex patenti causa et certissima racione.

Tercium autem signum superfluitatis istarum sectarum et vite culpabilis statui in isto, quod omnes ille dimittunt regulam domini

[2] discensiones *MS.*

plus perfectam, plus facilem, et plus undique ecclesie prodessentem et induunt sectam infundabilem condicionis contrarie, quam necesse est in processu temporis ab hominibus varie confirmari.

Deus igitur reducat ad concordiam et unitatem armonicam omnes partes ecclesie militantis, a*(b)*radatqu*(e)*[3] ab ea superflua, contraria et nociva; quia sic est in superiori triumphante ecclesia exemplante.

Explicit tractatus de contrarietate duorum dominorum suarum parcium ac eciam regularum.

[3] alradat quia *MS.*

XXVI.

QUATUOR IMPRECACIONES.[1]

|| [2] Quod clerus regni Anglie[3] secundum ordinacionem, quam Cristus clero | suo instituit,[4] reguletur; aliter enim non[5] foret dictus clerus ecclesia Cristi, sed sinagoga sathane. || *C fol. 146a lin. 17*

Quod[6] dictus clerus nec pape[7] nec | alicui[8] prelato obediat, nisi de quanto consonat legi Cristi. Patet, quia[9] Cristus non potuit aliam obedienciam vendicare; et qui in hoc[10] extollitur super[11] Cristum, est patulus anticristus.

[1] Quat. imprec. *CHOl* de quatuor imprecacionibus *EJK* Explicit responsio ad argucias monachales Sequitur de 4 imprecacionibus *F*. *As to the genuineness of this short fragment, cp. Shirley, Catal. p. 29 No. 93* [2] *cod. E fol. 96^d F fol. 24^b H fol. 83^b J fol. 30^c K fol. 107^b Ol Tract No. 25* [3] Anglie *CEFJK* cuiuscunque *HOl* [4] cl. s. instituit *CFHOl* cl. s. instituerit *E* instituit c. s. *J,K transposed by marks* [5] non *CFHJKOl,E¹ in mar.* *om. E* [6] Quod *CEFJK* Item quod *Ol* Item quod .... Item quod *(sic) H* [7] pape *CEHJKOl* papa *F* [8] alicui *CEFJK* alteri *HOl* [9] quia *CFHJKOl,E¹ in mar.* quod *(cr. out) E* [10] hoc *CEFHOl* hac *JK* [11] super *CEFHK* supra *JOl*

Quod[12] nullus clerus de Anglia[13] habeat pertinens[14] suo statui dominium seculare in proprio vel in communi. Patet, quod[15] Cristus sic ordinavit pro suo clero, ut patet ex testimonio duplicis testamenti.

Quod[16] fratres non defendantur a dominis[17] regni tamquam eius incole, antequam pro suo peccato in regnum[18] Anglie[19] satisfiat.[20] Patet racionabilitas[21] ex fide scripture.[22]

---

[12] Quod *CEFJK* Item quod *HOl* [13] de Angl. *CEFJKOl om. H* [14] pertinens *CFHJOl* impertinens *EK* [15] quod *CEFJK* quia *HOl* [16] Quod *CEFK* Item quod *HOl* [17] a dominis *FHJKOl* ad onus *(?)CE* [18] regnum *CHJKOl* regno *EF* [19] Anglie *CEFJK* bohemie *Ol* Ra^{e} *(not* bo^{e} *i. e.* bohemie) *H*[1], *is filled by another hand into the blank which first had been left* [20] satisfiat *CEFHJOl* satisfiant *K* satisfaciant *J in mar. without a mark of ref.* [21] rac. *CFHOl,E, but in mar.* huius *E*[1] huius rac. *JK* [22] scripture *CFHJOl* scripture etc. *E* scripture Salvator noster diligens *etc. K, the text runs on without being interrupted, as though this new Tract (De Relig. Vanis Monach., cp. above p. 437) were part of the preceding.*

INDICES.

I. Index of Names.

II. Index of Bible-Quotations.

III. General Index.

(NB. Printed in the orthography of the text.)

A.

E.

F.

G.

H.

I.

M.

O.

P.

R.

S.

52*

U.

V.

Ey wie vrô ich was,
Do ich schreib: Deo gratias.

☞ *The Society's first Issues for 1882 and 1883 are now ready, and will be sent forthwith to those Members, and only those, who have paid their Subscriptions. The Subscriptions for 1883 became due on Jan. 1, and should be paid at once to the Hon. Sec.* **J. W. Standerwick, Esq., General Post Office, London, E.C.** *Cheques to be crosst 'London and County Bank.'*

The Wyclif Society.

First Report of the Executive Committee, 1882-83.

1. The Wyclif Society was founded in March, 1882, "to remove from England the disgrace of having left buried in manuscript the most important works of her great early Reformer, John WYCLIF," and to ensure that the 500th anniversary of his death,[1] the year 1884, should see at work a Society which would keep on foot until all his most important genuine writings should be "given to the world through the press."

2. At least 300 Members were called for: 230 responded. Forty of these were askt to pay five years' subscription in advance, in order that Manuscripts might be copied, and forty-two did so.

3. The following Treatises have been copied, those starred (*), wholly; those daggered (†), partly; (the numbers are those of Shirley's Catalogue):—

*11. De Actibus Animae (in Shirley: De Anima).
†12. De Incarnatione Verbi (all the Oriel MS.: part of the Vienna MS.).
*14. De Dominio Divino. (In three books.)

[1] Any one having any hints to give as to the celebration of the Quincentenary, or how best to get the Wyclif Society its £1000 towards printing WYCLIF'S Works, should write to the Hon. Sec., Mr. J. W. Standerwick. The Luther Commemoration Committee will help in the Quincentenary arrangements. Wyclif died on Dec. 31, 1384.

†15.	Summa Theologiae.		
*	Book	I.	De Mandatis Dei (in Shirley : De Mandatis Divinis).
*	„	II.	De Statu Innocentiae.
*	Books	III.-V.	De Civili Dominio. (In three books.)
*	Book	VI.	De Veritate S. Scripturae.
*	„	VII.	De Ecclesia.
*	„	VIII.	De Officio Regis.
†	„	IX.	De Potestate Papae.
*	„	XII.	De Blasphemia.
*23.	De Eucharistia et Poenitentia.		
*39.	Sermo Pulcher.		
*47.	De Oratione Dominica.		
*48.	De Salutatione Angelica.		
*54.	Contra Magistrum Outredum.		
*55.	Contra Willelmum Vynham.		
*59.	Responsiones ad xliv quaestiones.		
*60.	Responsum ad decem quaestiones.		
*61.	Epistolae octo.		
*77.	De Ordine Christiano.		
*92.	De Praelatis Contentionum.		
*94.	De Graduationibus.		
*95.	De Gradibus Cleri Ecclesiae.		

Commissions have been given for the copying of the rest of the *Summa* (namely Books X. and XI., *De Simonia* and *De Apostasia*), and of all Wyclif's other Latin works except the Philosophical ones and the Sermons.

4. The work of the first copiers employed was not satisfactory, and the Committee found that there was no chance of producing any independent Society book till 1884. They therefore arranged with Dr. Rudolf Buddensieg, of Dresden, —whose appeal to English students had in great measure led to the foundation of the Society—that the edition of *Wyclif's Polemical Works,* which he had undertaken in Germany, should be issued also here, with an English Introduction, Notes, etc., as the Society's first Publication, vol. i. for 1882, and vol. ii. for 1883, each volume consisting of about 500 pages. This work, the arrangement of which is, of course, after the German manner, is now ready, and contains —besides a very valuable appreciative account of Wyclif and his work, critical apparatus, a list of the Vienna MSS., and full Index—the following twenty-six Polemical Tracts (Shirley's numbers are added) :—

A.—Against the Sects.

De Fundatione Sectarum. (91.)

De Ordinatione Fratrum. Shirley's (84) De Concordatione Fratrum cum secta simplici Christi, sive De Sectis Monachorum. In four chapters.

De Nova Prævaricantia Mandatorum. In eight chapters. ('A very interesting Tract against the Regulars, written after the Great Schism of the West,' A.D. 1378.) (79.) Shirley's '31. De Purgatorio' is part of this Treatise.
De Triplici Vinculo Amoris. In ten chapters. (49.)
De Septem Donis Spiritus Sancti. In 9 chapters. (27.)
De Quatuor Sectis Novellis. (1. The Priests endowed with lands and lordships; 2. The landed Monastic Orders; 3. The Canons; 4. The Begging Friars.) (85.)
Purgatorium sectæ Christi, sive contra Religiones Privatas, Ashburnham MS. xxvii. c. ff. 49–54. This is not in Shirley's Catalogue. It is an exhortation to put down the sects of Friars.
De Novis Ordinibus. In three chapters. (87.)
De Oratione et Ecclesiæ purgatione. In five chapters. (25.)
De Diabolo et Membris ejus. In five chapters. (29.)
De Detectione Perfidiarum Antichristi. (86.)
De Solutione Satanæ. (30.)
De Mendaciis Fratrum. (88.)
Descriptio Fratris. (89.)
De Daemonio Meridiano. (Written after 1376.) (73.)
De Duobus Generibus Hæreticorum. (96.)
De Religionibus vanis Monachorum, sive De Fundatore Religionis. (80.)
De Perfectione Statuum, sive De Minoribus Fratribus se extollentibus (against the boasting of the Franciscans). (78.)
De Religione Privata, I., II. (81, 82.)

B.—Against the Pope.

De citationibus frivolis et aliis versutiis Antichristi. (72.)
De Dissensione Paparum, sive De Schismate (A.D. 1378). (Also in English, Shirley, No. 59, p. 48. Printed in Arnold, iii., 242.) (74.)
Cruciata. Shirley's 75. Contra Cruciatam Papæ. In nine chapters. (On the Crusade of the rival Popes against each other during the Great Schism.) (75.)
De Christo et suo Adversario Antichristo. In fifteen chapters. (76.)
De Contrarietate duorum dominorum suarum partium ac etiam regularum. In eight chapters. (A sharp attack on the Popes and Friars.) (83.)
Quatuor Imprecationes. (Four conclusions about the state of the English Clergy.) (93.)

The two volumes, with binding, etc., will cost about £280; and in order to pay this sum, the Subscriptions for 1883 are wanted at once.

The Committee hope to add to the issue of 1883, WYCLIF's *De Incarnatione Verbi*, now at press, edited from the Vienna and Oriel MSS. by the Rev. Edward HARRIS, M.A. But until the 1883 Subscriptions come in, no decision can be arrived at about the issue of books. A sum of £200 is still wanted for copying and other non-printing expenses. Of

the Society's small income, only about £150 a year is available for printing, and this means only one volume a year. (To prevent any lowering of price of the Society's books, the number printed is limited to 500, of which 50 are given to the Editor of each Text.[1])

5. For 1884, the first volume (Books i and ii) of the *De Civili Dominio* is at press, edited by Reginald Lane Poole, M.A., Oxford.

Mr. F. D. Matthew has nearly ready for press the *De Mandatis Dei* (*Divinis,* Shirley) and *De Statu Innocentiae.*

Dr. Buddensieg is preparing for press the *De Veritate Sanctæ Scripturæ.*

Prof. Loserth of Czernowitz has in hand the *De Ecclesia,* and Mr. Poole the *De Dominio Divino.*

Mr. J. H. Hessels of Cambridge is preparing the *De Actibus Animæ*; but it is a very difficult treatise, and he wishes to give it the time necessary for a satisfactory understanding of the scholastic philosophy involved in it.

Now if the Members of the Society will only bestir themselves and raise £1000 for the Quincentenary of Wyclif's death, all these works, and more, can be printed and issued next year. The truest honour that can be paid to Wyclif's memory, is to print his words, the records of his thoughts, which, to the disgrace of every Englishman, have been left unheeded in foreign libraries for now five hundred years. The monument '*aere perennius,*' which Germany is now erecting to the memory of her Luther, is a new critical edition of Luther's Works, of which the first volume was issued on the day of the Luther Centenary, November 10, 1883. And till all *our* great Reformer's most important Treatises are in print, no question of monument or other memorial to him need be raised. The Committee therefore repeat from the Society's Prospectus their "appeal to all who care for the Religion, the Freedom, the Language, and the History of England, for aid in the work they have undertaken. No party feeling whatever enters into the Society's plan. The only desire is, to do England's long-neglected duty to the memory of a great English Worthy."

6. The Committee wish to express their thanks, and those of the Society, to Dr. Buddensieg for his admirable edition

[1] If any Subscribers to the Quincentenary Fund wish, in return, for the Society's books, the Committee will increase the number of books printed to the amount necessary for that purpose.

of WYCLIF'S *Polemical Works*, and to the Continental and English scholars who have undertaken to edit WYCLIF'S other Works for the Society. They also thank specially Mr. F. D. MATTHEW for copying (or paying for the copy of) the text he will edit, *De Mandatis Dei;* Mr. J. H. HESSELS for his copy of the very difficult Corpus MS. of *De Actibus Animæ*; Dr. BUDDENSIEG for superintending the copying of some Vienna MSS. at Dresden; Prof. Paul MEYER for like kindness about the Paris MSS. in the National Library there; and M. PATERA for procuring copies of the Prag MSS. The Committee's thanks are also due to their Vienna copiers, Dr. Herzbergfränkel and Herr Rudolf Beer.

The Subscription to the Society is One Guinea a year, payable on every First of January. The payment of five or ten years' Subscriptions in advance will help the Society's work. All Subscriptions and Donations,—which are much desired,—should be paid to the Hon. Sec., J. W. Standerwick, Esq., General Post Office, London, E.C., and Members will save both him and themselves trouble by sending him an Order on their Bankers, in the following form, to pay their subscriptions:—

_______________ 1883.

To Messrs. _______________

Till further order, pay to the London and County Bank, for The Wyclif Society, One Guinea now, and on every following First of January.

(*Signed*) _______________

The Society's books are sent out by its binder, Mr. Nevett, 44, Kirby Street, Hatton Garden, London, E.C.; and to him all complaints as to non-delivery of publications, etc., should be addrest.

Every Member should recollect that the Wyclif Society always wants badly, more money and Members, and that these can only be got by his making it his business to ask every friend and acquaintance he meets, to join the Society.

RECEIPTS AND PAYMENTS OF THE WYCLIF SOCIETY,

TO NOVEMBER 8TH, 1883.

Receipts				£	s.	d.	Payments	£	s.	d.
By 42 Subscriptions of 5 guineas..				220	10	0	Copying and Editing	295	16	0
Other Subscriptions—1882				174	6	0	Printing	22	15	6
" " 1883-4, &c....	57	15	0				Incidental Expenses	7	6	0
Less cost of collection	0	7	6				Balance	131	6	0
				57	7	6				
Donations—										
A Friend per Mrs. Shirley......				2	10	0				
J. M. Ludlow, Esq.............				1	0	0				
W. Collyer, Esq...............				0	10	0				
Anon. (2 April, 1883)...				1	0	0				
				£457	3	6		£457	3	6

Audited and Approved, Nov. 29, 1883 { F. D. MATTHEW.
ED. BELL.

THE WYCLIF SOCIETY.

President.

His Grace The Lord Archbishop of York.

Vice-Presidents.

Rt. Rev. The Lord Bishop of Carlisle.
Rt. Rev. The Lord Bishop of Durham.
Rt. Rev. The Lord Bishop of Exeter.
Rt. Rev. The Lord Bishop of Liverpool.
Rt. Rev. The Lord Bishop of Sodor and Man.
Rt. Rev. The Lord Bishop of Truro.
Rt. Hon. The Earl of Shaftesbury, K.G., etc.
Rt. Hon. W. E. Forster, M.P., etc.

Executive Committee.

F. J. Furnivall, 3, St. George's Square, Primrose Hill, London, N.W., *Director*.
[redacted]. Prof. Montagu[redacted] Burrows, [redacted]., 9, Norham Gardens, Oxford.
F. D. Matthew, 94, King Henry's Road, London, N.W.

Honorary Secretary.

J. W. Standerwick, General Post Office, London, E.C.

Bankers.

The London and County Bank, Aldersgate Street, London, E.C.

Local Honorary Secretaries.

Devonshire:—Rev. E. C. Britton, Vicarage, Dartmouth.
Cheshire :—Rev. Alex. MacKennal, Highfield, Bowdon, Cheshire.
Essex :—Rev. W. Guise Tucker, Ramsey Vicarage, Harwich.
Norfolk :—Rev. O. W. Tancock, The School House, Norwich.
Somersetshire :—Rev. A. Townshend, Rectory, Puxton, Somerset.
Yorkshire :—Rev. J. N. Worsfold, Rectory, Haddlesey, Selby.

THE WYCLIF QUINCENTENARY
THOUSAND-POUND FUND.

Donations should be paid to the WYCLIF SOCIETY's account at the London and County Bank, Aldersgate Street, London, E.C., or to the *Honorary Secretary* of the Wyclif Society, J. W. STANDERWICK, Esq., General Post Office, London, E.C.

The following Donations have been promised :—

	£	*s.*	*d.*		£	*s.*	*d.*
F. D. Matthew	10	0	0				
F. J. Furnivall	5	0	0				